Beyträge

zur

Geschichte und Literatur,

vorzüglich

aus den Schätzen

der

königl. Hof- und Centralbibliothek

zu München.

Herausgegeben

von

Joh. Chr. Freyherrn von Aretin,

königl. Hof- und Centralbibliotheks-Director, der Göttinger und Münchener Akademien der Wissenschaften ordentlichem Mitgliede, u. s. w.

Achter Band.

München, 1807.
In Kommission bey Joseph Lindauer,
und
bey J. E. Seidel in Sulzbach.

Inhalt

des achten Bandes, 1807. Jan. — Jun.

Erstes Stück.

Seite

I. Codex traditionum ecclesiae Ravennatensis in papyro scriptus; J. B. Bernhart ex autographo fideliter descripsit, et cum praefatione et indicibus edidit. Acced. specimen scripturae - - - - 1

Hiezu kömmt als Anhang, S. I — XLVIII. Index Archiepiscoporum eccles. Raven. S. I. — Ecclesiarum et monasterior. S. V. — Fluviorum, S. IV. Rerum memoratu digniorum, S. V.

Zweites Stück.

Nova appendix MSS. graecorum Augusta Vindelicorum in biblioth. reg. Monac. translatorum, Continuatio. Cod. 370, cet. - - - - - 115

Drittes Stück.

Nova appendix MSS. graecorum, u. s. w. Continuatio. Cod. 391, cet. - - - - - 227

Viertes Stück.

Nova appendix MSS. graecorum, u. s. w. Continuatio. Cod. 426, cet. - - - - - 339

Fünftes Stück.

Seite

Nova appendix MSS. graecorum, u. s. w. Continuatio.

Cod. 459, cet. - - - - - 451.

Sechstes Stück.

Nova appendix MSS. graecorum, u. s. w. Continuatio.

Cod. 490 — 498. - - - - 563

I. Codex

I.

Codex

Traditionum Ecclesiae Ravennatensis

in

Papyro scriptus

et

in regia Bibliotheca Monacensi asservatus,

quem

anno iam 1789. ex Autographo fideliter descripsit, et nunc cum Praefatione ac Indicibus edidit

Io. Bapt. Bernhart,

eiusdem Regiae Bibliothecae Custos.

1807.

Cum Tabula Specimen Scripturae Codicis exhibente.

Praefatio.

Quanti monumenta litteraria, in papyro aegyptiaca à veteribus exarata, vel in Bibliotheca Vaticana, locupletissima illa variarum antiquitatum penu, aestimentur, ex summa, qua illic asservantur, sollicitudine abunde apparet. Teste enim cl. *Bianconio* [1]) non nisi crystallo inclusa visentibus monstrantur.

Quum itaque etiam Bibliotheca regia Monacensis Codicem eiusmodi manuscriptum, 36 foliis constantem, possideat, an non iure eum primariis suis thesauris accensere poterit? Sane argentum et aurum ei exornando sola non sufficiunt; margaritae et gemmae insuper accedant oportet.

Pretium, iam ex ipsa materia, qua confectus est, resultans, adaugent bona eiusdem conservatio et argumentum historicum. Quod licet non tam Germaniam nostram, quam Italiam, praecipue verò Ravennam eiusque vicinam spectet (agit enim de fundis sub diversis episcopis ecclesiae Ravennatensi donatis, ab iisque rursus in homines quosdam privatos collatis): in eorum tamen descriptione non tantum personae plures notatu dignae occurrunt, verum etiam passim loca, flumina, montes et fundi alii contigui variorum territoriorum [2]) pro limitibus assignantur, quorum notitia cuivis historiae, praeprimis autem geographiae studioso non poterit non

esse iucunda. Unde manuscriptum hoc iam dudum sub nomine *Codicis Traditionum ecclesiae Ravennatis* seu *Ravennatensis* inclaruit.

Quanti pretii inter alios istud antiquitatis monumentum cl. *Bianconio* visum fuerit, haec eius verba luculente testantur: „*Quello, di cui non mi scorderò mai, e che v'ho riserbato all' ultimo, come riserbanzi al fin della mensa le confetture, è il piu bel papiro forse, che possiate sperare di vedere giammai.* 3)

Quo factum est, ut complures eruditos, quibus vel hoc cimelium in ipsa Bibliotheca regia inspiciendi quondam copia fuerat, vel aliorum de eo publica praeconia argumentum historicum prodiderant, non reprimenda indignatio incesseret, insignem hunc tantique momenti codicem, á temporis omnia consumentis iniuria maxima ex parte illaesum, hucusque praelo exclusum fatalibusque tenebris quasi mancipatum fuisse. 4)

Negari quidem nequit, iustae eruditorum indignationi hoc in casu locum fuisse, eamque tanto magis augeri debuisse, quanto vehementius plerumque talium rerum subtractione apud aequos earum arbitros desiderium accendi soleat. Verum hoc idem doctissimus Bibliothecae huiatis Praefectus *Felix de Oefele*, Musarum ille ocellus, iam dudum animo perpenderat, cumque pretium praeclari huius ex antiquitate superstitis monumenti minime omnium ignoraret, propria illud manu descriptum ut cum aequalibus suis communicaret, typo praeparavit. Sed invita Minerva tantus vir hoc opus aggressus fuit. Cum enim inter ipsum et cl. *Scipionem Maffei*, quem tum fors Monachium detule-

rat, utpote ambos recondita eruditione instructos brevi arctissima amicitia coaluisset, isque iam antea magnum antiquorum documentorum, in papyro aegyptiaca conscriptorum, numerum summa cum diligentia à se collectum evulgasset: adduci haud aegre se passus est, ut illi eumdem in finem etiam Codicis nostri apographum committeret. Non defuit quidem *Scipioni Maffei* consilium, hac adquisitione sua quamprimum orbem litteratum impertiendi opusque Romae praelo subiiciendi: verum inopinata eius morte contigit, ut apographum, antequam lucem publicam aspiceret, interiret omnisque deinceps cl. *Oefelii* in eo recuperando opera, licet nihil moraretur, frustra esset. 5)

Proximus post cl. *Oefelium* Emin. Cardinalis *Garampi*, quondam Nuntius apostolicus in aula Vindobonensi, cum 1763 Monachii degeret, hoc summae raritatis monumentum propria manu descripsit. 6)

Sed idem paene fatum, quod illud cl. *Oefelii*, etiam hoc apographum expertum est. Cum enim modo defunctus Abbas *Amadesius* historiae ecclesiasticae Ravennatensi elucubrandae se accinxisset, impensis reverendiss. Archiepiscopi *Cantonii* in publicum emittendae: paulo ante memoratus Cardinalis, hoc eximium istius operis decus futurum ratus, ad eum transmisit; sed subita Archiepiscopi morte toto molimine praefocato apographum etiam simul ita evanuit, ut vix ulla illius recipiendi spes amplius affulgeret. 7) Atque ex eo tempore nemo istud ab oblivione vindicare tentavit.

Gerholus Steigenberger, Canonicus regularis Monasterii Pollingani, suis per Galliam et Italiam itineribus illustrem eruditi famam consecutus, quam

etiam editis postea compluribus operibus implevit, cum praefectura Bibliothecae electoralis Monacensis decoratus fuisset, aegre quidem amborum apographorum amissionem tulit, optavitque, ut sibi otium pro novo conficiendo suppeteret, sed Bibliotheca tam vasta in novum ordinem redigenda occupatus atque insuper iam 5ta. Aug. anni 1787 è vivis ereptus, non potuit desiderio suo satisfacere.

Suffectus in eius locum Praepositus de *Roccatani,* cuius indefessa industria Bibliothecae nostrae non parum et augmenti et splendoris contulit, nullum quidem non lapidem movit, ut vel unum horum apographorum investigaret, sed omni licet adhibito conatu neutrum tamen in lucem protrahere ei concessum fuit. Quem in finem, ut eius votis satisfacerem, ego me obtuli ad manuscriptum, cuius priora duo apographa tam fortuito perierant, tertio demum describendum.

Cum verò non ignorarem crebrum litterarum commercium, quod cl. Praeposito cum pluribus eruditis, tum Romae, tum in aliis Italiae, immo et Germaniae urbibus degentibus, intercedebat: non abs re me facturum arbitrabar, si peculiare adhuc apographum pro meis scriniis reservarem, ne forte, si exemplar Bibliothecae regiae destinatum, quod nunc ibidem originali suo appositum conspicitur, alicui amicorum suorum transmitteret, illudque praeter spem casu quodam interiret, tam arduum tamque taediosum laborem frustra suscepissem. Nec inutilis haec cautio fuit. Lethali enim morbo correptus *Roccatani* valetudinis recuperandae causa redire Romam in patriam suam (Romanus erat) statuerat; sed priusquam itineris metam attingeret, Veronae 10ma. Octobris 1790 obiit. Quo

eventu Codicis apographum, quod secum tulerat, diu inquirentes latuit, donec tandem penes quemdam amicorum eius inveniretur.

Interea praeter omnem exspectationem Emin. Cardinalis *Garampi*, cum ego duplex meum apographum iam 29. Ian. 1789 confecissem, suum quoque postliminio demum à se receptum 17. Martii 1790 Monachium transmisit, rogans, ut cum MS. denuo conferretur, discrepantiae annotarentur, secumque eo remisso communicarentur: non enim hoc exemplar quondam à se propria manu è Codice descriptum, sed aliud ex illo apud Abbatem *Amadesium* à librario quodam traductum esse, quod illustris Comes *Fantuzzi* sibi restituisset. Comparatio porro à Praeposito de *Roccatani* mihimet ipsi iniuncta. 3)

Quam iucunda mihi occasio fuerit, apographum docti huius Cardinalis cum meo conferendi, quivis facile secum pensarit. Neque enim dubitabam, quin MS. tum temporis, quo illud Emin. Card. *Garampi* descripserat, anno nempe 1763, viginti sex integris annis, priusquam ego eamdem operam subirem, adhuc à corruptione immunius, lectuque pluribus locis expeditius fuerit; sed facta comparatione perspexi, per id temporis intervallum Codicem vix ullam labem passum esse.

Ipsam autem comparationem tali modo institui, ut assumto coram me Codice utrumque apographum inter se conferrem. Siquid forte alicubi discriminis deprehendissem, recursu ad originale facto, apographum istud, quod apertum mendum continebat, corrigebam. Quodsi ipsum MS. in una alterave voce dubiae lectionis esset, et in illa eno-

danda apographa dissentirent: utriusque scripturam in peculiari annotatione subiiciebam. Atque ita cuivis persuasum esse poterit, apographum meum cum illo Emin. Card. *Garampi,* atque cum ipso Codice originali ad amussim collatum, quam accuratissime cum eo concordare.

Maiorem fortasse gratiam ab eruditorum nonnullis iniissem, si compendia vocum, quae in MS. occurrunt, quo facilius celeriusque legi possent, explevissem. Verum eo libentius illa retinui, quo magis omne dubium removere cupiebam, me in iis solvendis hallucinatum esse, praesertim, cum tanta sermonis latini corruptione, tamque arbitraria abbreviandi ratione solutio saepe summae difficultatis sit, ut vel rei diplomaticae peritissimis quandoque in assequendo vero sensu aqua haereat. Ad levandos tamen hac in parte lectores appendicem adieci, in qua solutio omnium compendiorum ordine alphabetico, indicata difficillimorum concordantia, continetur, ni animi fallor, non prorsus ingratam.

Quod ad materiam, in qua Codex noster exaratus est, attinet, ea est vera charta Aegyptiaca, de cuius confectione inter alios latius agit *Georg. Frid. Wehrs,* indicatis simul omnibus iis scriptoribus, qui idem argumentum pertractarunt.9) Mihi hic sufficit annotasse, chartam hanc olim paratam fuisse è planta, quae ad ripas Nili nascitur, atque à cl. *Linnaeo* in Systemate Classe III. genere 66 sub nomine *Cyperus papyrus* describitur, antiquis *Papyrus* aut *Byblos* appellata.

Philyrae plantae huius, quae scapum cingunt, atque quo propriores medio, eo tenuiores fiunt, acubus ab invicem diductae iuxta longitudinem in ta-

bula, aqua Niliaca prius madefacta, plagularum exinde conficiendarum forma extendebantur, extensaeque rursus aqua Niliaca calida, glutino commixta, perlinebantur. Primae philyrarum seriei in rectum extensae seu, ut vocabant, stamini transversim alia seu subtegmen imponebatur, quae iunctae quamdam quasi cratem efformabant. Quo facto plagulae praelo premebantur, exemtaeque è tabulis, atque ad solem desiccatae malleo erugabantur ac dente vel concha laevigabantur.[10])

Facile quivis intelliget, chartae huius Aegyptiacae quemadmodum etiam nostrae lineae non unam tantum speciem esse potuisse; unde etiam iuxta bonitatem, spectata scilicet tenuitate, magnitudine atque candore, varia eiusdem nomina invaluere, quae iuxta cl. *Wehrs* potissimum ad haec octo revocari possunt:

1) *Charta hieratica,* complectens a. *Chartam hieraticam* sensu latiori, nulla adhuc apricatione candefactam, b. *Chartam Augustam,* una apricatione candefactam, atque adulatione in *Augustum* sic appellatam. c. *Chartam Livianam,* duabus apricationibus candefactam, atque à *Livia, Augusti* coniuge, hoc nomine insignitam. d. *Chartam hieraticam* sensu strictiori, pluribus apricationibus magis adhuc candefactam, et sacris voluminibus destinatam. Omnium harum speciminum latitudo 11 digitorum.

2) *Charta Claudia,* quae non est, nisi charta Augusta perfectior. Cùm enim haec species, propter nimiam tenuitatem calamo tolerando impar, litteras transmitteret, sub Imperatore *Claudio,* à quo et nomen hausit, duabus philyrarum seriebus, in modum cratis contextis, alia adhuc in rectum ex-

tensarum series adiecta est, ut adeo charta Claudia tribus coriis seu philyrarum seriebus constaret. Latitudo eius 13 digitorum.

3) *Charta Fannia* seu *Fanniana*, à *Rhemnio Fannio Palaemone* Grammatico sic appellata. Is enim officina chartarum promercalium Romae à se instituta, meliori alia chartae specie inventa Hieraticam et Claudiam sagacitate sua obscuravit. Latitudo eius 10 digitorum.

4) *Charta Athribitica* seu iuxta quosdam *Amphitheatrica*, vel à praefectura Aegypti huius nominis, vel ab Amphitheatris, in quibus ab opificibus manuariis non occupatis conficiebatur, sic cognominata. Multo deterior erat, quam priores species. Latitudo eius 9 digitorum.

5) *Charta Saitica* seu *Saltica*, ab oppido *Sai* (Said, Sahid) seu *Salo*, ubi ex absegminibus et vilioribus papyri ramentis, illic colligi solitis, parabatur. Latitudo eius 9 digitorum.

6) *Charta Toeniatica, Taeniotica, Taneotica* aut *Tanitica* ab urbe *Tanei*, nunc *Damiate* seu *Damiette*, dicta.

7) *Charta emporetica* seu mercatoria, inutilis scribendo, mercium tantum involucris deputata. Latitudo eius 6 digitorum.

8) *Charta macrocola*, *απο της μακροτητος των κωλων*, à longitudine membrorum, seu ut nos dicimus, foliorum sic nuncupata, ac praecipue in longum protensa.

Praeter has 8 chartae species cl. *Wehrs* adhuc sequentes recenset: *Chartam Libyanam*, à Libya denominatam, quae bonitate ad Augustam proxime

accedebat, *Chartam Thebaicam*, *Chartam Caricam*, *Chartam Memphiticam*, *Chartam Cornelianam*, à *Cornelio Gallo* sic dictam, qui eam invenit, *Paginam Mellonis*, *Chartam Blancam*, à candore appellatam, et *Chartam Nigram*, nigro colore infectam, in qua litteris albi vel alterius coloris scribere solebant.

Omissa hic discussione, ad quamnam harum specierum charta Codicis regii proprie sit referenda, sufficere mihi videtur asseverâsse, eam licet ex duabus philyrarum seriebus transversim sibi impositis contextam, tanto tamen laevore tantoque candore esse, ut scripturam nitidam aeque ac distinctam exhibeat.[11])

Folia in Codice nostro non 50, ut falso à cl. *Gerkenio* [12]) proditum, sed 36 numerantur. Prima quatuor, situ paene corrupta, non nisi fragmenta continent, sequentia 29 vix non prorsus illaesa, litterisque adhuc vivacissimis sunt, tria ultima plus iterum labis contraxere, quemadmodum ex lacunis, punctis à me expletis, patebit. Praeter has lacunas in apographo etiam spatia vacua reperientur, nullis punctis expleta, quae eodem modo etiam in ipso originali occurrunt, ubique verbis quibusdam deficientibus, quin ullum laesionis vestigium appareat.

Forma porro Codicis est illa, quam vulgo folium minus, aut quartum maius appellamus. Altitudo enim foliorum est $10\frac{3}{4}$ digitorum, latitudo $8\frac{1}{2}$ digitorum Gallicorum.[13])

Circa aetatem pretiosi huius cimelii eruditi in diversa abierunt. Primo quidem divulgabatur, illud è Sec. V. ortum trahere. Quod etiam cl. *Gerkenium* [14]) ac post eum cl. *Wehrsium* [15]) in eam sententiam adduxisse videtur, illud idem esse cum

Actis Ravennatensibus, ad calcem Tom. III. operis: *Nouveau Traité de diplomatique*, seu etiam Part. I. pag. 467. *des Neuen diplomatischen Lehrgebäudes* excusis, Sec. VI. saltem non inferioribus.[16]) Verum nullo haec fundamento niti, quivis ipse intelliget, cùm in Codice passim nomina Archiepiscoporum Ravennatensium offenderit, qui Seculo demum decimo vixerunt. Ex infeudatione in Massam Ausimanam, quae sectione de territorio Ausimano loco penultimo occurrit atque ita incipit: *Pet̄ quā petiuit Arnusto diebus vite sue tantumod̄ a Cailone archiepō de Massa ausemana etc.* patet, Codicem nostrum non esse exaratum ante *Honestum I.* Archiepiscopum Ravennatensem, qui anno 927 diem supremum obiit. Narratur enim ibidem, varias infeudationes illic contentas, atque ab Archiepiscopis *Cailone, Petro* et *Honesto* factas, *statim post se invicem,* id est brevissimo temporis intervallo interiecto locum habuisse. Unde etiam determinari potest, quinam hi Archiepiscopi fuerint, et quando regnarint. Teste enim Codice Archiepiscopus *Cailo* primò *Arnustum* solum tota Massa Ausimana, tum eum eiusque fratrem *Ermenaldum* simul infeudavit; postea Archiepiscopus *Petrus* dimidium illius Massae *Ermenaldo* eiusque coniugi *Berthae* in feudum contulit. Quo huius Massae dimidio Archiepiscopus *Honestus Ermenaldum* rursus privavit, eoque *Gislerium* donavit, qui iam antea ab Archiepiscopo *Petro* alterum dimidium, simul tamen cum *Attone*, *Racconis* filio, in feudum acceperat.

Cum *Cailo* idem sit cum *Ioanne XI.*, isque anno 904 et 905 simul cum *Petro V.* regnarit, cumque in allata superius infeudatione diserte haec verba occurrant: *Petitio, quam petivit Arnustus, tan-*

tummodo à Cailone Archiepiscopo: palam est, eam durante communi duorum horum Archiepiscoporum regimine seu inter annum 904 et 905 factam esse. Superflua enim alias esset vocula *tantummodo,* manifeste innuens, *Arnustum* feudum à solo Archiepiscopo *Cailone,* non item à consorte regiminis *Petro* petiisse. Planum inde etiam, sub Archiepiscopo *Petro,* qui *Ermenaldo* eiusque coniugi *Berthae* dimidium Massae Ausimanae in feudum contulit, alium intelligi non posse, quam *Petrum V.* Non minus clare ex eiusdem infeudationis tenore elucescit, Archiepiscopum *Honestum I.*, qui ab anno 920 — 927 regnavit, *Ermenaldo* feudum rursus ademisse illudque in *Gislerium* transtulisse. Incongruum enim hoc in *Honestum II.,* qui multo serius, ab anno nempe 971 — 983 regnavit, quousque *Ermenaldus* et *Gislerius* vix vitam prorogare potuerunt, cùm ambo, ùt supra monuimus. iam ab Archiepiscopo *Petro V.* feudum acceperint. Exploratum itaque, nullique amplius dubio obnoxium est, tres illos Archiepiscopos, quorum in infeudatione super Massam Ausimanam nomina recensentur, non esse alios, quàm *Ioannem XI.*, *Petrum V.* et *Honestum I.* Cùm verò omnes reliqui Archiepiscopi in Codice memorati, inter quos unus tantum nominis non diversi invenitur, scilicet *Damianus, Sergius, Gratiosus, Valerius, Martinus, Petronacius, Georgius, Deusdedit, Romanus, Dominicus* et *Constantinus,* tres istos Archiepiscopos *Cailonem,* seu *Ioannem XI., Petrum V.* et *Honestum I.* aetate antecedant: pronum est exinde colligere, infeudationem super Massam Ausimanam inter eas, quae à dictis Archiepiscopis factae sunt, esse omnium recentissimam.

Quam certum porro est, Codicem ante Archiepiscopum *Honestum I.* non esse exaratum, tàm certum etiam est, eum si non medio, saltem exeunte Seculo X. absolutum esse. Non solum enim Archiepiscoporum *Gerberti*, *Leonis II.* (*Leonis* nomen non nisi semel in Codice extat) et *Friderici*, qui ab anno 998 — 1004 regnarunt, aut ullius è sequioribus nusquam nomina occurrunt: verum etiam omnium eorum Archiepiscoporum, quorum nomina habentur, chronologica series contexi potest à *Damiano* usque ad *Petrum II.*, seu ab anno 688 — 971 pertingens, quae iuxta *Amadesium* haec est:

Damianus regnavit ab anno - - 688 — 705.

Felix - - - - - 705 — 723.

*) Huius Archiepiscopi nulla in Codice mentio, perditis fortasse foliis, in quibus de eo actum fuit. Nam inter folium 15 et 16tum. septem folia eaque perscripta, testantibus id minutis eorum reliquiis, excisa sunt. Unius folii pari modo resecti etiam inter 34 et 35tum. vestigium apparet. Quaedam etiam in ipso Codicis fine desiderari infeudatio ultima probat, sensu nondum absoluto lectorem destituens.

Ioannes VII. regnavit ab anno - 724 — 748.

*) *Ioannis* Archiepiscopi nomen quadragies et semel in Codice recurrit.

Sergius regnavit ab anno - - 748 — 769.

Leo I. - - - - - 771 — 777.

*) *Leo* Archiepiscopus non nisi semel in Codice obvius alius esse non potest, quam *Leo I.*

Ioannes VIII. - - - - 777 — 784.

Gratiosus - - - - 784 — 788.

Ioannes IX. - - - - 788 — 806.

S. Valerius - - - - 806 — 810.

Martinus - - - - - 810 — 816.

Petronacius - - - - - 816 — 834.
Georgius - - - - - - 834 — 846.
Deusdedit - - - - - 847 — 850.
Ioannes X. - - - - - 850 — 878.
Romanus - - - - - - 878 — 888.
Dominicus - - - - - 889 — 898.
Ioannes XI. seu *Cailo* - - - 898 — 905.

*) Archiepiscopus hic ab anno 898 — 904 solus, ab anno vero 904 — 905 simul cum *Petro V.* regnavit.

Petrus V. - - - - - 904 — 905.

*) *Petri* Archiepiscopi nomen 22 in Codice iteratur.

Ioannes XII. - - - - - 905 — 914.
Theobaldus

*) Anno 906 electus insequenti anno iterum depositus est, *Ioanne XII.* interim pontificatum continuante. Qua de causa etiam nomen eius fortasse in Codice non comparet.

Constantinus regnavit ab anno - 914 — 924.

*) Regnavit solus ab anno 914 — 920; simul vero cum Successore suo *Honesto I.* ab anno 920 — 924.

Honestus I. - - - - - 920 — 927.
Petrus VI. - - - - - 927 — 971.

*) Notat *Amadesius,* hunc Archiepiscopum circa annum 955 Coadiutorem, pariter *Petrum* nomine, assumsisse, cumque eo deinceps simul regnasse.

Cùm itaque tali modo series chronologica Archiepiscoporum Ravennatensium in Codice contentorum sit stabilita, cùm inter hos novissimus sit Petrus VI. [18]), cùm denique scripturae character, cuius specimen subiicio, cum regulis diplomaticis monumentorum è Seculo X. superstitum exacte conspiret: sequitur eo ipso, codicem absque omni dubio eodem seculo perfectum esse. [19])

Quomodo hoc cimelium ad Bibliothecam regiam devenerit, certo affirmari nequit. Cl. *Gerhohus Steigenberger* [20]) suspicatur, illud iam ab *Alberto V.* unacum libris *Ioannis Alberti Widmanstadii* emtum fuisse. Chartophylaciae Ecclesiae Ravennatensis primitus deberi, vel ipsum argumentum ostendit.

Votum itaque à compluribus eruditis proditum, ut hoc Manuscriptum typis committatur, [21]) *Scipionis Maffei* consilium, sola morte praeventum, hoc idem praestandi, *Amadesii* promissio, illud cum specimine scripturae *Disquisitionibus suis in Chronotaxim Antistitum Ravennatensium* subiungendi, ex ignotis rationibus, licet hoc opus lucem aspexerit, nondum impleta [22]), insignis denique illa sollicitudo, singula etiam fragmenta, in charta aegyptiaca hucusque detecta, publicandi, momenta sufficientia sunt, orbem eruditum argumento Codicis huius rarissimi, tamdiu in Bibliotheca regia asservati, non diutius defraudandi. [23])

Equidem iam sub priori regimine animus mihi fuerat, pretiosum hoc nulloque non titulo memoratu dignum antiquitatis monumentum typis vulgandi, eaque de causa pro impetranda facultate proprium meum apographum ad Intimum direxeram. Sed neque resolutio tum consecuta est, neque apographum meum, quamvis omni adhibita opera, iterum recuperare potui, quin immo rescire cogebar, illud, licet peculium meum esset, ad Bibliothecam electoralem Manhemiensem transmissum esse. Ei, cui modo subsum, supremo Bibliothecae regiae Praefecto ac Directori L. Baroni de *Aretin*, facta Bibliothecae Manhemiensis cum regia Monacensi unione,

unione, denuo restitutionem aprographi mei debeo, id quod maturiorem alias thesauri huius litterarii publicationem retardavit.

Quum non tantum indicem specialem Archiepiscoporum, Ecclesiarum, et Fluviorum, sed etiam universalem omnium rerum memorabilium, quae in Codice continentur, subiecerim, annotationibus criticis eo magis supersedendum duxi, quo minus ambigo, cuivis eruditorum, siquid hinc inde dubii occurrerit, subsidia apta ad id solvendum in antecessum praesto futura.

Silentio hic à me praetereundum non est, interea dum apographum meum in Bibliotheca Manhemiensi asservaretur, Codicem *Traditionum Ravennatensium* à Comite *Fantuzzi* editum, operique suo: *Monumenti Ravennati de' Secoli di mezzo per la maggior parte inediti*: insertum esse. (24) Superfluum hinc fortasse videri posset, huic Codicis editioni adhuc secundam superaddi. Quodsi vero perpendatur, apographum, cl. *Oefelii* industria factum, penitus intercidisse, illudque etiam, quod Eminent. Card. *Garampii* manus elaborarunt, hucusque investigari nequivisse, quodsi perpendatur, editionem illam Comitis *Fantuzzi*, utpote ex transsumto primi apographi procuratam multum de probabilitate exactae conformitatis suae cum originali amittere: tum profecto praesens haec editio, ad apographum immediate ex ipso Codice factum atque insuper de novo non solum cum apographo Eminent. *Garampii*, sed etiam cum ipsomet autographo collatum procurata superflua amplius videri nequit, quin immo, cum Comes *Fantuzzi* dubia circa apographi sui lectionem apud se exorta propter nimiam à Codice

distantiam certo expedire posset, ab antiquitatis et historiae studiosis non sine causa eidem praeferetur.

Praeterea Comitis *Fantuzzi* scripta potissimum pro Italia destinata videntur, praesertim cum ille opus suum *Monumenti Ravennati* etc., cui Codex *Traditionum Ravennatensium* insertus est, propriis impensis typo mandarit, eiusque exemplaria inter solos amicos distribuerit, quemadmodum ex epistola Praefecti Regiae Panormitanae Bibliothecae *Sterzingeri* nota 24 à me adducta patet, unde etiam Bibliotheca Regia opus hoc licet saepius pretio conductum hucusque obtinere nequivit, nec fortasse tam cito impetrabit, cum certe nusquam futurum sit promercale. Praesens itaque haec editio illud etiam commodi praestat, ut hoc ob argumentum suum tam memorabile monumentum eo citius, atque universalius per Germaniam divulgetur.

Quamvis nullus dubitem, quin Comes *Fantuzzi* editionem suam criticis iisque eruditis annotationibus instruxerit: non tamen credo, aeque accuratum scripturae specimen, aut Indices tam amplos, usuique tam accommodatos, qui annotationum vicem sustinere possunt, in ea reperiri, quam nostra haec editio exhibeat.

Cum Codex insuper compacturae loco membrana obvolutus sit, quae intrinsecus antiquissimum, Ravennam concernens, valde tamen corruptum documentum continet; extrinsecus vero variis antiquiorum et recentiorum annotationibus perscripta est, non incongruum duxi, haec etiam, ne quid omnino desit, Codicis ipsius editioni adiicere, aequi bonique sperans, omnia à lectoribus consulenda.

Codex

Traditionum Ecclesiae Ravennatensis.

Fragmenta,

quae in primis Codicis paginis adhuc supersunt.

. . . . . gl
. . . . . no
. . . . . nab
. . . . . auia
. . . . . ria
. . . . . trata
. . . . . niano
. . . . . ne
. . . . . ua . . .
. . . . . mi . . . . publico
. . . . . ana quar
. . . . . laterib; strata
. . . . . uit eudosia
. . . . . quē tenuit
. . . . . maria
. . . . . lie una
. . . . . in loco q̄
. . . . . in īn a singl̄
. . . . . arnī
. . . . . una
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . e quā te . . . it qnd̄
. . . . . riuo q̄ uoc
. . . . . ; a tcio lat̄ possid̄
. . . . . medietate de q̄nq;
. . . . . .
a sin . . . . . ribj — . . . . . .
possi . . . . . d̄ . . . . . .
cast. . . . . .

late . . . . . .
fluu ..... q uo ..... na. . . . .
cū ... aco suo a tc . . . . .
et fund . . . . . .
nus uoc . . . . . cas. . . . . .
tat. . . . . .
dicibj . . . . . .
uinea . . . . . .
capo extend . . . . . .
te de sep . . . . . semi. . . . .
tribj unc fund t . . . . .
ciano et cellula . . . . . .
cū medietate de . . . . . .
ab uno lat scaci . . . . . .
scaciano minore . . . . . .
fund trentula . . . . . .
et formis que ten . . . . . .
prata iuris scæ rau eccl. . . . . .
tenuit qnd leon . . . . . .
planca . . . . . atis que t . . . . .
pra . . . . . que tenuit . . . . .
alio lat limite q per . . . . .
de sup escripto prato . . . . .
Const haec oma ter a . . . . .
figuratos sol pens . . . . . .

. . . . . nd̄ . . .
. . . . . ab . . .
. . . . . ca . . .
. . . . . lat̄
. . . . . nst̄
. . . . . de...
. . . . . mod̄
. . . . . sex
. . . . . pod....
. . . . . icar...
. . . . . o cen
. . . . b alio lat . . . . . d̄ cellu
. . . . . .
quarto . . . . . .

Pet̄ quā pe . . . . . .
archiep . . . . . .
no alio . . . . . .
possident . . . . . .
ab uno lat . . . . . .
liano . . . . . .
liutefre . . . . . .
ne . . . n̄ su . . . . . .
ciani cū . . . . . .
et duab . . . . . .
septē unc̄ . . . . . .
iouis a singu . . . s la . . . . .
in loco q̄ dr̄ . . . . . .

use qua . . . o . . . . . .
nos aureos [1]) . . . . . .

Pet̄ quā petiū̄ . . . . . .
archie . . . . . .
arimin . . . . . .
publica . . . . . .
fund̄ . . . . . .
in flu . . . . . .
lo q̄ uoc̄ . . . . . .
dente p̄ . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . urso de casta
. . . . . . at̄ riuo
. . . . . . sorte
. . . . . . dictate
. . . . . . m;
. . . . . . corp
. . . . . . caris
. . . . . sol̄ denario dec . . . . .
. . . . . et georgio seu lucia
. . . . . fuit ariniano q̄ e
. . . . . et in fund̄
. . . . . .
. . . . . al̄ a pe
. . . . . lio lat̄
. . . . . n
. . . . . m
. . . . . .
. . . . . .
. . . iu mar. . . . . .
. . . q̄ uoc̄ spino . . . . .

gal̄ . . . . . ab uno lat̄ fund̄ . . . . .
lat̄ fund̄ ficareto a quarto . . . . . .

Pet̄ qua̅ petiu̅ uuido de fauen . . . a . .
q uoc̄ serbidoni et morciano . . . . .
in tra fin̄ ipsiu⁹ loci ab uno lat̄ . . .
alio lat̄ uia que decurrit ad mo . . .
ad monte̅ maiore̅ a tcio lat̄ . . . . .
pa altam quarto lat̄ . . . . . .
dicii sub pen̄ den̄ duodeci . . . . .

Pet̄ qua̅ petiu̅ teudruda sergiu . . .
germani fil̄ qnd̄ auspran . . i . . p . .
de casale q uoc̄ istriano ter̄ . . . . .
alio lat̄ fund̄ casalicclo t̄ . . . . .
to lat̄ fund̄ flauianu̅ et fund̄ . . . .

Pet̄ qua̅ petiu̅ rodelandus et . . . .
iugal̄ a petro archiepo de fun . . .
riuo . . . . . colenti alio lat̄ fund̄. . .
cola quarto lat̄ monte desca̅ . . . . .
de arca rupta et porcione . . . . .
de theodero. Seu et fund̄ sur . . . .
Veru̅ etia̅ sorte et portione fund̄ . . .
etia̅ et fund̄ ouilia in in̄ ab uno l̄ . . .
armtariola a tcio lat̄ fund̄ p . . . .
. . . . . .
. . . ariminen . . . . .
. . Stephani in monte eleuc . . .
. . gone sub pen̄ cp fund̄ castellione .
. . . rupta et rouerata sub tri . .
. . . ns et cp fund̄ puliano sub tri
. . . cp fund̄ barbiano sub trians.

. . . naria iugal deusdedit et petrus
. . . unc̄ fund̄ uirginis a singul̄

. . . uiciano et fluuio q uoc uico
. . . ualencio extend usq; in ser
. . . ab uno lat uia publica q; pgit
. . . git amaraciana tcio lat olmo
. . . biati que tenet liliu⁹ colonus
. . . . . .
. . . ioannia iugal de singul unc in
. . . no et casule . et porcione de
. . . attuor unc fund saui . . . . .
. . . se duo.

. . . gal a iohe archiepo de fund
. . . e sci uiti ab uno lat fund pat
. . . lat fund maceriola sub pen
. . .

Territorium Ariminense.

M

DE CALE BASILII.

Pet̄ quā petiū andreas et formosa iugal̄ a iohe archiepō de sex unc fund̄ q uoc̄ casal̄ basilii ter arimenēs plebe sc̄i iohis in galilea q fund̄ In In ptinet de iuris sc̄e rau ecc̄le a singulis lateribj fund̄ florianꝰ et fluuiū usa tcio lat̄ gauriolo sub pen̄ uno aureo infigurato.

Rodulfus

Com̄ detinet

SORTE IN FVNĐ ARINIANO ET TINIANO

Pet̄ quā petiū andreas dux ciū arimenēs et formosa iugal̄ a iohe archiepō de sorte et porcione in fund̄ ariniano et tiniano quo herentes se una cū mon̄ sc̄i martini in p̄dicto fund̄ ariniano ter arimenēs plebe sc̄i iohis in galilea sub pen̄ sol̄ unum . et trians.

Leto dux Detinet

SCACIANO CELLVLAS QVADRAGIN FORTVNATI VIRGINIS ET ALIIS LOCIS

Pet̄ quā petiū andreas dux et cristina iugal̄ a martino archiepo de fund̄ scaciano cellulas et quadraginta seu fortunati In In [2]) quo her̄ ter arimenēs in loco q uoc̄ . . .rtionis a singulis laterib̄ litus maris et fund̄ stiano et fund̄ scaciano minore et fund̄ pollenano et offiano et fund̄ tricentula et strata publica. Veru etiā et prat̄ cū formis suis que tenuit heds quond̄ musinio a singl̄ lat̄ prata sc̄e rau ecc̄lae. Simul et tras atq; prata seu formas quatuor in fund̄ duo centa a singul̄ laterib̄ riuus q uoc̄

Iohs de ma... et bengno ... tinet

tcius et planca prati que tenet hd qnd petrus trib et alia planca que tenebat uital magist militu arimines et limite q exit ad strata publica. Simul et septem unc fund uirginis a singulis lateribus fund mo....s et fund uiciano ter arimines . sub pen aureos infiguratos pensantes sol duodeci.

DSEXVNC FUND.CENTV

Pet qua petiu giso et capano iugal a iohe archiepo de sex unc fund centu a singulis lateribj fund missiliani ab alio lat fund melitu tcio lat fund q uoc transuersi quarto lat sex unc pdicti fund ter arimines plebe sci laurencii fundato in fund ampusiano q uoc in monte sub pen den quattuor.

FVND DVLIA ROSARIO FIGLINAS.

Pet qua petiu theodesia religiosa ancilla di relicta qnd iuliano glorioso duci ciu arimines a martino archiepo de fund dulia In In cu casalibj duobj id rosario et figlinas ter arimines ab uno lat strata publica alio lat fund quarantula tcio lat basilica sci laurencii quarto lat fund fufiano . sub pen sol duos bem.

FVND SIBOLIANVM Q VOC PRATO LONGO. ADVENCIOLA CIPITVLA QVINQVEVNC

Pet qua petiu iulian tribun et datiû ciu arimines et sergia iugal a martino archiepo . de fund sibolianu q et prato longo uoc a singulis lateribj calabriano et gabiano et rabiano et fund petronianu. Simul et casale aduenciola et cyp itula a singulis lateribj casale basiano et casale uiciano seu [3]) q dr duo lacora. Immo

et q̄nqj unc̄ fund̄ caniano ubi pratus ēe. uidet a singulis lateribj prat⁹ mon̄ sce mariae a tegianico pos in rau et pratus mon̄ sce eufymie ut sci Erasmi [4]) et strata pcurrente et limite publico pcurrente ter arimines. sub pen̄ aureos infiguratos sol̄ duos.

FVND CANIANO

Rodulfus com detinet

Pet̄ qua petiuit deodat⁹ tribunus ciu arimines et theodochia iugal̄ a petronaci archiepo. de dece unc̄ In In̄ fund̄ muciani cu aqmulo suo et sex unc̄ fund̄ camarciani et quattuor unc̄ fund̄ marinionis et sex unc̄ casale galeriano ter arimines sub pen̄ uno triens aureos infiguratos.

D DECE VNC FVNDMVCIANI ET ALIIS LOCIS.

Pet̄ qua petiu̇ anna relicta qnd.... ncio neg̈ a damiano archiepo. de fund̄ mille iugera et quarantula et petroniano In In̄, et sex unc̄ casale coriliano quo hr̄ ter arimines. a singul̄ latb̄ fund̄ popiliano et massa atiana et fund̄ ptoriolo et fund̄ cella piteinna [5]) sub pen̄ aureos infiguratos sol̄ duos bem.

QVARANTVLA FVND MILLE IVGERA.

PETRONIANO SEX VNC CORILIANO.

Pet̄ qua petiu̇ iohs lectori sacri palacii et sergia iugal̄ a damiano archiepo. de quatnis unc̄ fund̄ popiano et casula a singulis lat̄ iuris ecclae sci iohis q uoc̄ adropotu [6]) et casale insula et casale uiginti. Nec̄ nouenas unc̄ fund̄ pturiolo maiore et pturiolo minore a singulis lat̄ fund̄ popiano et capo marisci. Nec n̄ et capo q uoc̄ stabulis intra fiu [7]) fund̄ tu-

DE QVATNIS VNC FVND POPIANO. ET CASVLA. ET DE ALIIS LOCIS CAPO Q.V.STABVLIS ET EX CAPO MARISCI VNC

ricclas. Idem eodem et ex cāpo marisci
NOVĒ. ET EX noue unc . a singulis laterib fund turic-
FVND GALE- cla et basilica sci petri. Simul et noue
RIANI m V.... unc fund galeriano maiore intra fin casale uiciano et casale camariana. Verū etiā et noue unc fund faniano intra fin casal uigi ..... ter arimines sub pen aureos infiguratos sol binos.

FVND STI- Pet qua petiu iohannacis et blanca
CIANO. iugal a damiano archiepo . de fund sticiano In In ab uno lat fund treginto b alio lat fund casalicclo tcio lat fund auxiliaris. Simul etiā uinea pos iuxta murū ciu arimines ad portā sci gaudencii parte dextra a singul lat strata publica. et uinea mon sce eufymie intra ciu arim ter arimines sub pen aureos infiguratos sol quattuor.

DE FVND Pet qua petiu iohs tribunus et datiû
ISTRIANO. ciu arimenes et maria iugal a petronace archiepo . de casale q uoc istriano hab tras socionales et prato . ter arimines ab uno lat fund uenunciano alio lat fund casalicclo tcio lat fund qnquagintula quarto lat fund flauiano et auxiliare sub pen tnos sol aureos.

CESIANO. Pet qua petiu theodosius tribun' ciu
LANIETO. arimines et ioania iugal a sergio archiepo
CASALICCLO. de fundo cesiano et lanieto seu casalicclo In In quo hr ter arimines a singulis laterib fund gauiano et fund cerritulo et fund domiciano et fund corticiano. Si-

mul etiā et duas plancas pōs in loco q dr ad silua miciana a singul lat fund duo centa et limite publico tcio lat siluā miciana quarto lat prato que tenuit tribun⁹ [8]) et de scda planca prati a singul lat strata publica et prato iuri sce rau ecclae que tenuit qnd sergia ancilla dī. et prato iuris pdictae sce rau ecclae que tenet senator . et prato iuris iā dicte sce rau ecclae que tenuit maria relict qnd habundantio una cu laco suo ad anates capiendas ter arimines sub pen sol uno bem et cp pdictis plancis prati[s] sol bem;

Pet qua petiu honestus tribunus et maria iugal a petronace archiepo de sex unc fund spino albedo [9]) ter arimines ab uno lat fund ariole alio lat fund suliano tcio lat fund ficareto quarto lat fund filinciati sub pen aureos infiguratos sol bem.

... SEX VNC DE FVND SPINO ALBEDO

De his tres unc per petru archiepm nouit ordinate sun. T

Pet qua petiu . sergius tribun⁹ ciu arimines et benigna iugal a leone archiepo . de fund atiliano q patn⁹ et casale uoc et fund fabricula in integris ab uno lat uia pcurrente da ponte usque ad fund corniliano . et de pdicto fund fabricula ab uno lat fund geniciano . alio lat fund ucianus . tcio lat riuus q uoc ursis . ter arimines . sub pen sol duos aur infig.

FVND ATILIANO Q.PATN ET CASALE VOC. FABRICVLA.

Pet qua petiu theodoti ancilla dī rel qnd basilii a damiano archiepo . de fund ieniciano et aciano [10]) cum casale

DE FVND IENICIANO. ET ACIANO.

iouis ter arimines . a singul latb fund patnione et fund casaliccio et fund unciano et fund ptuniolo sub pen sol binos aur infig.

D FVND CAPVTAQVIS.

Pet qua petiuit agnen a iohe archiepo de fund q uoc capaqs . in integro [11]) cu duabus formis pos ppe ciu arimenes unacu salecto suo . et duas unc fund capitiniani ter ariminens . et sarsenate sub pen qnos sol aur infig.

DE SENIS VNC FVND PAMPIANO.

AVXINIANO.

MVSIANO.

Pet qua petiu agnella relict quond ueri gloriosi magist militu a damiano archiepo . de senis unc fund . papiano [12]) auxiniani et musiani cu casalibus suis a singulis lat fund ptuniolu et fund locrucianu . simul etia et fund centu cu casale suo q siluas scura ul lacus appellat⁹ In In q e pos iuxta silua denominata ul casale ul ulmito . in tra fin de pdicto fund centu ab uno lat frenactis [13]) et uia publica . ter arimines . sub pen aureos infiguratos sol duos.

DE SORTE FVND FLAVIANO.

Pet qua petiuit mauriciu⁹ glorios⁹ mag⁹ militu et petronia iugal a sergio archiepo . de sorte in [14]) fundo flauiano . . . . . pos juxta monte auxiliare domnicatu sce rau ecclae ter arimines sub pen sol uno.

OCTENIS VNC OCRINIANO. OLIANO. MVSIANO ET

Pet qua petiu dominic⁹ tribunus et horama iugal a sergio archiepo de octenis unc fund ocriniano et oliano et fund musia-

musiano In In cū aq mulo suo ter arimines. Simul etiam et casale q uoc galeriano In In ter arimines pago a ceruolano a singulis latb fund capriano et petroniano et fund guaano. Immo etia et fund maraciana In In cu casalb suis alticiano et paones et corbiliano et cellulas et cabriano et suprana minore et suprana maiore lusurio barbarica latroniano corfiniano et petroniano

CASALE GALERIANO ET MARACIANA ET ALIIS

et arcrifoliano et sorbiliano atq; luciano et ciciliano seu cana phanaria et furiano tribuniano et puciano in integris quo herentes se cū multis aliis casalibus ter arimines. sub pen sol octo aureos infig.

Pet qua petiu leo nobilis uir a iohe archiepo nono iuniore. de fund scaniano et fund lucruciano[15]) et fund bruniano et capo qui dr consulare quo hr. ab uno lat fund libiano et limite publico pcurrente alio lat strata publica tcio lat iuris basilice sci martini q uoc inborduncio. quarto lat mare ter arimines. plebe sci martini inborduncio sub pen den qndecim.

SCANIANO LVCRVCIANO ET BRVNIANO ET CAPO Q; dr CSVLARE.

Pet qua petiu theodosius tribun⁹ et datiu⁹ ciu arimines et maria iugal a damiano archiepo de sex unc fund augiciani ter arimines. ab uno lat alueo fluminis nicipupulli. alio lat fund agello tcio lat fund ferriano quarto lat ualle sub pen singulu sol.

SEX VNC FVND AVGICIANI ... bertus eps detinet hoc

SEX VNC FVND POPINIANI ET AVXINIANI ET MVSANI.

Pet qua petiuit germanus filius qnd leoniano a damiano archiepo. de sex unc fund popiniani et auxiniani seu musani ter arimines ab uno lat fund ancipanu alio lat fund preturiolo sub pen sol binos aureos infig.

FVND LIMINIANI. LAVRITO. LIMINIANI MINORIS SAVIGINIANI.

Joh... detinet cu scrib suis.

Pet qua petiu uitalis filiu qnd sergii et ipatia iugal a iohe archiepo. de sex unc fund liminiani et sex unc fundi laurito et quattuor unc fund limininiani minoris nec n et dece unc fund sauigiani sibi inuice quo herentes cu apendicib caru ter arimines intr afiu earu a singulis lat fund centu uiginti et fund nnigiano et fund cao senanul q uoc pratu et fund cacianu et flumicello q uoc sabloncello. et fund baulinianu et organianu sub pen tnos aureos infig.

FVND TICIANO.

Pet qua petiu martinus dux a iohe archiepo. de fund In In q uoc ticiano cu casale suo q dr casale [16]) ab uno lat fund flauiano ali° lat fund antiliano ter arimines sub pen sol unu bem.

FVND cellulas ET PERITVLO.

Pet qua petiu theucaristus et antusa iugal. de fund cellulas In In et casale q uoc peritulo ter arimines a singul latb fund bailonianu et fund cusiciano et fund paleriano sub pen sol uno trians.

FVND ALFIANO ET ALIIS LOCIS TERRI. CESSINAT.

Pet qua petiu paulus eminentissimus consul a sergio archiepo de trib; fund quo24 uocabula s alfino serbiliano caprilia In Integris a singl latb fund sidicianu

et fund cella mariana et fund asilliano et fluuio rubigone ter cessinate. Veru etia et fund laurito et casalicclo et casale et silua scura In Integris et octo unc fund uiciano quo herentes se. ab uno lat fund siuiciano alio lat fund pisarone tcio lat meturiano quarto lat fund patnu ter cessinat et arimines sub pen sol unu aureos infigu.

Pet qua petiu lupicinus et anna gem fil lupicini tribuni a iohe archiepo. de trib unc fund anticiano ter arimines. ab uno lat fund quarantula alio lat fund mariniano tcio lat fund curniano quarto lat fund cellula. sub pen sol singulum,

TRES VNC FVND ANTICIANO.

Pet qua petiuit curicius dudu tribun⁹ et cristophones et patricia iugl. a iohe archiepo. de sex unc fundo patno cu casalib et apendicib suis. Simul etia et senas unc triu fundo4 staciano et raiano seu sintiliano. ter arimines. a singul lat antuciano et fluuiu sambronis et fund sariano atq; fine bulgarisca sub pen uno aur infig. sol.

SEX VNC FVND.PATNO. SENAS VNC FVND STACIANO. RAIANO. SINTILIANO.

Pet qua petiu iohs et gregoria iugal a iohe archiepo de fund bibiano In In. ter
sub pen sol singl aur infigur.

DE FVND BIBIANO.

Pet qua petiu deus dedit ex trib et uitalian⁹ et petronaci diac germ a petronaci archiepo. de senis unc fund antisiani et axiniano. a singl lat de pdicto fund antisiano. fund marionis et cornianu seu

SENIS VNC FVND ANTISIANO. AXINIANO.

quadragintula et cellulas et fund gallianus et de pdicto fund anxiniano [17]) a singul latb fund pturiolo et fund lucurciano et fund ueneratis. ter arimines. sub penaur infigur. sol singl.

QVATNAS VNC FVND CELLVLAS et CastruciANO.

Pet qua petiu honestus tribunus et maria iugal a petronaci archiepo. de quatnis unc et scripul nouenis duo24 fundo24 quo24 uocabula s cellulas et castruciano quo hers ab uno lat fund duliano. alio lat fund q uoc septe tegul tcio lat fund q uoc uixiliati. quarto lat fluuiu use. ter arimines sub pen aur infig sol duos.

FVND CASALICCLO.

Libell que petiu iohs filio qnd iohis de guidoet rosa iugal ab honesto archiepo de rebus et pertinenciis uris in fund casalicclo ter arim plebe sci martini in borduncio sub redd mod septimo lino manna septima. cp glandatico den duos. exenio grano manu lectile quartario medio puliu unu deductu totu In In p nos colonos in ciu arim et ibi saluare debeamus in casa et in uasis uris usq; du missus ur uenerit ad tolleNDu;

FVND LATNANO.

Donat qua fecit iohs tribunus in scam rauent ecclam de fund latnano et de casale q uoc presbiteri In Integris quo hers ter ariminens.

VNA VNC FVND TRECENTA.

Donat qua fec theodor[9] neg et maria iugal in scam rau ecclam. de una unc fund q uoc trecenta ter arimines ab uno

lat fund q uoc casa episcopana alio lat strata publ tcio lat fund patno quarto lat fund flatiano.

Libell que petiuit urso et natalia iugal a iohe archiepo de duab unc fund ariniano.[18]) sitq; sorte et porcione in fund capitiniano et in fund tepanati ter arimines sub redd de omi labore modio decimo lino manna decima et pro uino. sol mancosu unu e xenio grano manu lectile quar unu pullo pario uno, DVAS VNC FVND ARINIANO.

Donat qua fec urso filio qnd iustiniano in scam rau ecclam tepr petronaci archiepi. de sorte et porcione in fund q uoc turiano ter arimines plebe scę stefanie. SORTE In fund TVRIANO.

Donat qua fec marinus et martinus germani filii qnd mauri in scam rau ecclam tepr georgio archiepo de omibj ptinenciis suis pos in loco q dicit conke. ter arimines. DE PTINENCIIS IN LOCO Q DICITVR CONKE.

Libell que petiu maurus de trib unc fund trecenta et porcione de fund flaciano quo hrs. ter arimines sub redd. scdm consuetudine ipsius loci. TRES VNC FVND TRECENTA. ET FLACIANO.

Donat qua fec imelpga religiosa ancilla di habitatrice in castello felicitatis in scam rau ecclam tep iohis archiepi. de fund casaliccio In In cu munime cartaru et fund ulmita et fund centario[19]) In In const ter ces et arimines. DE FVND CASALICCLO. ET FVND VLMITA. ET FVND CENTARIO.

DE FVND̄ MARIANO ET CASALE SVO ARIniANO.

Donat̄ quā fec̄ prescus [20]) defensor scā rau ecclæ in scām rau ecclam de fund̄ mariano in in̄ cū casale suo ariniano in tra fin fund̄ palarianū et fund̄ patrinione et fund̄ aqliano ter arimines.

VNA VNC̄ FVND̄ TVRIANO.

Donat̄ quā fec̄ maurus cū aliis suis sociis in scām rau eccla de una unc̄ in fund̄ turiano ab uno lat fund̄ mauriano alio lat̄ fund̄ figlinas sex unc̄ iuri sce rau ecclæ t̄cio lat̄ fund̄ balneari quarto lat fund̄ galeriano. Iuris p̄dicte ecclæ ter̄ ariminēs.

FVND̄. SEX VNC̄. PRATO;

Donat̄ quā fec̄ deodatus in scām rau ecclam de sex unc̄ fundi prato ter ariminēs a singul̄ lat fund̄ septiciano et fund̄ scorniianu et fund̄ domicianū.

SORTE In fund PARRIANO ET SATVRIANO.

Libell̄ que petiū lupicinus agellariu⁹ et ratilda iugal̄ a iohe archiep̄o de sorte et porcione in fund̄ parriano et saturiano q uoc̄ cuticella ter̄ arimines plebe sce stefanetis. sub redd̄ tres arfora uini deductu p nos colonos in domnicalia ūra in castruciano.

D̄. FVND̄ GVVIANO ET PRIAPV.

Donat̄ quā fecit felix diac̄ et uicedno in scām rau ecclam tep damiani archiep̄i. de fund̄ guuiano et priapū In In̄. ter ariminēs in t̄ra fiñ de p̄dicto fund̄ guuianū. ab uno lat̄ fund̄ sampniano. alio lat̄ fund̄ flacianū tercio lat fund̄ petroniano. et de p̄dicto fund̄ priapū a singl̄ latb̄ fund̄ patnu et fund̄ gordianū. seu strata publica.

Donat quā fec sinilanis in scam rau ecclam de quattuor unc fund rubianū ter ariminēs, in tra fiñ fund marcianū et fund catuccianū et fund macrinianū. QVATTVOR VNC RVBIANV.

Donat quā fec seuerinus pbr scę ficoclensis ecclæ seu guittinis germ fī qnd gaudencii de duab sort.. sul ptinenciis in fund turiano ter ariminēs plebe scę stefanetis; SORTE IN FVNDTVRIANO.

Fund q uoc curdianū In In cū casailb suis id curciano capitiniano. macriniano. coroniano. nariano. rubiano. appiano et cliuiniano. tauelliani - oma predicta loca In In in tra fiñ. fund robilia et massa salutis et fund septiciano.;

Pet quā petiū mauricius glorios magist militū et petronia iugal a sergio archiepo. de fund fabrica In In et quattuor unc casalis qui uoc turiano quo hers ab uno lat fund domiciano alio lat octo unc pdciti casal turriani. tcio lat casale q uoc pulliolus. quarto lat massa corniliana.. Verū etiā fund fabricula cu casale suo obliciano In Integris quo hers ab uno lat fund mansuriano alio lat fund arcolenti tcio lat casale q uoc uiginti quarto lat fund centu, ter ariminēs sol duos trians. rodulfulsus com detin

Pet quā petiū iohs uicarius numeri ariminensiū a damiano archiepo de domocella.[21]) cū superiorib et inferiorib suis hab in superiora triclinio et

petrus de mauro detinet hoc.

cubiculos duos et inferiora canafa et caldario cu curte et orto seu puteo a singl laterib orto iuris moñ scī thome. et muro publico. seu platea publica. simul et metata duo in superiora pos a singl lat domucella quē tenet heds qnd armati. et manś iuris diaconie sci stephani et uia publica. que dom⁹ et metata tegulis et imbricibus tectas muro usque ad grate const in ciu ariminēs. sub peñ sol tres.

Pet qua petiu bona filia tribunaci et susanna germane a sergio archiepo. de domo In In cu supb et inferiorib ss habente in superiora triclinio et cubiculas tres et iń superiora canafa tegul et imbricib seu sindol tecta cu curte orto seu puteo cost infra muru ciu ariminēsa duob. lat. platea publica tcio lat domu iuris moñ scī thome apli in qua domo moñ sco24 martyru iohis et pauli ee. uidetur. quarto lat muru ciu sub peñ sol unum.

D SALVCIOLA petrus de bengno et tras berto detinet

Pet qua petiu benedictus diac scī ariminēs ecclæ a petro archiepo de saluciola In In. hab cubiculos duos cu scindol coopta unacu spacio tre q e pos ñ longe a petra q uoc ociosa sitas infra ciu ariminēs. in tra fiñ ipsius ..... luciole et spacii tre cu omib; sibi ptinentib ab uno lat ..... moñ scī laurencii in monte opagiano alio lat posid petro et sergia germani tcio lat

platea publica que pgit ad ia ..... petra ociosa. quarto lat possid ipso petitore; sub pen ... den quinque;

Libell quē petiū florencius et petronia iugal a constantino archiepo de mans pede plana in in pos in ciū ariminēs. a duob lat possid moñ sce marie q uoc in tribio. ter lat uia publica quarto lat riuo auuse sub peñ deñ unū. Gocio com detinet

Pet quā petiū petrus ēps foris ..... mano archiepo. de fund macenulo ..... qui dudū petri abbati moñ scī ypoliti fuit lar.... Const ter sabronensi. In ta fin⁹ ab uno lat fluuius ..... e taurus pcurrente ab alio lāt riuus q pgit ..... anū et forus simfroni. a tcio lat petra fixa..... uia quæ uadit ad calcinariā. sub pensione tres aureos infiguratos pensantes sol.

Pet quā petiū ambrosius Notarius sāe sedis apostolice. et agatha iugal. De fund ..... reo. et fund ortus patagrasi ..... bulis nuncupantur. Const ..... miliaria ab urbe roma ..... ab uno lat fund q uoc cent ..... priuatarū et scæ romanę ..... tauernula. octauiano seu ..... iuris moñ scī andreę et scī laurencii ..... fund q uoc trifonisca ..... sub peñ aur eos infiguratos sol binos.

..... uit nicolaus tribun⁹ et eufraxia ..... o archiepo. De una tabula uenearū ..... oris porta scī petri in fund q uoc gaiano pensione in auro sol trians.

Territorium Urbinum.

Pet̄ quā petiū Iohannia fil̄ qud̄ iohis ..... a iohe archiepo de sorte et porcione ..... quæ uoc̄ gaifa cū casalib; et apendicib ..... urbino. Simulq; et domo in iū ..... dietate de moñ scī angeli fundatū in p̄ ..... gaifa. sub pensione uno bē ....

Pet̄ quā petiū leo et rosa iugl̄ a petronace a ..... de sorte et porcio fund̄ ornita et castanica ..... triano. Const ter̄ urbinatæ. sub pensione ..... sex denarios argenteos. hæc etiā loca ..... dominicū archiepm in iohane et iustino .....

Territorium Feretranum.

DECĒ VNC FVNDŌ CASA MEZANA ET ALIIS LOCIS

Pet quā petiū stephan⁹. iohs et ursa iugl ..... audicia germ. urso de gariprandō cū fr..... multis aliis sociis. a petro archiepo. de dec ..... casa mezana q uoc cerro cauo q fund in in .....[73]) scæ raū eccl̄æ et sorte ..... one in fund patno et in fund ticiano q uoc casa ..... in fund ulmitulo maiore et ulmitulo minore const ter feretrano. in ta fin⁹ de p̄dicto fund casa mezana ab uno lat fund usiano. ab alio lat serra quæ pgit ....., sulē. a tcio lat riuo de brutano. quarto lat ..... sapis. Const plebe scī stephani in murulo ..... denar bonos duodecim.

VSIANO FRA .....

Pet quā petiū urso de marino et albesinda ..... de anna. cū multis sociis eorū. a petro archiepo ..... te et porcione de senis unc quattuor fundorū q ..... uocabula sunt usiano et fragaciano et ..... rulo et gulusiano Coher se sex unc p unūquē fund .....[74]) Const ter feretrano ..... plebe scī stephani in murulo. in ta fin⁹ de ..... fundo24 ab uno lat fund

q̄ uoc̄ casa merati iur ..... raū eccl̄æ. ab alio lat̄ fund̄ q uoc̄ tapiana ..... lat̄ riuo de ualle. a quarto lat̄ fund̄ cellula sub pensione denar̄ bonos tres.

Pet̄ quā petiū mercurius pb̄r et lupicin⁹ pb̄r in quattuor suo2 successo2. a ioh̄e archiep̄o de monasterio sc̄ī saluatoris q est pōs in massa celle fausti. cū casalib; et apendicib; suis. Verū eciā ..... fund̄ andito de ..... sorbo et In ....NANO andito de unciano q̄ uoc̄ cer ..... a le ..... NO ..... andito cū casalib; et apen- Q VOC̄ et ..... dicib; illo2 ..... sorte et por- RIA BASI ..... cione in fund̄ basi maiore et..... ET MINORE minore. Const̄ ter̄ feretrano, sub pensione senes aureos infiguratos sol̄.;

Pet̄ quā petiū honestus gloriosus ..... NTA. dux et rodelinda ducarissa iugl̄ a ioh̄e RIOLA..... archiepō. de loco q̄ uoc̄ arm̄tariola. et DVS. de loco q uoc̄ pondus in integris Const̄ ..... feretranó et bobi ..... se. Hec ñ tra pōs infra ..... pus massæ marianæ. Const̄ ter̄. sub peñs ..... decē p̄ unūquēq; sol̄ana denar̄ duodecim.;

Pet̄ quā petiū leo et ursa iugl̄. ga- .....RNV. riprandus et ..... iugl̄ a cai- ..... lone archiep̄o. de fund̄ patno in in ..... Const̄ ter̄ feretrano. In t̄a fin⁹ fund̄ brutanū et iuris petitorū et fund̄ pondū. sub pensione uno aureo infiguratos.

Pet quā petiū rodruda filia qnd̄ anso a petro archiepo. de una pecia trę in fund̄ q uoc̄ suxiniū extend̄ in longitudine pticas centū qnquaginta. et in lato da superiore parte pticas centū treginta et de subtus pticas qnquaginta octo. Const̄ ter feretrano. quæ p̄dicta pecia trę ab uno lat̄ riuo p̄currente q uoc̄ biatuli. alio lat̄ uia publ̄ et iuris scæ rau̇ ecclæ. a tcio lat̄

..... iu urso sclauin ..... heldericus fl̄ ..... a petro archiep̄o deme ..... fund̄ casa merata q dr cerro cauo et medietate de fund̄ penito ..... p̄dictis fundis tenuer stephan⁹ fil̄ qnd̄ ..... mani et agatha coniux [75]) ..... q mulo antico q olī fuit in fluuio sapis in fund̄ casa cāpo. uerū ..... ulo et gulisiano et in fund̄ usiano et in fund̄ friganianū ..... fin⁹ ab uno lat̄ de fluuio sapis. ab alio lat̄ riuo de ..... descend̄ in usa. a tcio lat̄ riuo de brutano pexiente.

FINIS CODICIS.

Fragmentum

in membrana, qua Codex Traditionum Ravennatensium involutus est, interius contentum, eiusdem cum Codice aetatis.

. . . . . VEN . . . . . .
. . . . . contemplatio pr . . . . . considerare . . . . . In ñ patris . . . . . quorum regimin . . . . . titur ad culpa adscribatur sibi magis non . . . . . scī anno dō propitio por . . . . tatem IOHANNI . . . . . diac stē nr̄e Rau. eccl. dieb uite tue . . . . . tificatus domno aga ōmib; eisdem pertinentibus . . . . . quatinus p̄ tuā uigilantiā et aptā solerciā util . . . . . piti sūmmi pontificis . . . . . e fideles persistere dantes tibi in mandatis et uniuersalis pape in apre . . . . beatur et ibidem consistentes noctibusque laudes Conditori Deo nr̄o . . . . . postolicæ sacratiss. . . . . beati . . . . . et ueniam consequi mereatur pre . . . . ntes tibi per huius nr̄e preceptionis auctor . . . . . Petri sed septimo die pri. . . . diebus uite tue iam dicto Iohanni uēn diac. . . . . sc̄e Eccl̄e da predicta plebe aut de eius pertinen. . . . . mo mse Iunio Ind . . . . . de . . . . . aut uentilare presumps . . . . . sicut superius textus design . . . . . rie RAV. dn̄i benedictione redundetur quam paginam Georgio Notario sce nr̄e Rau eccl̄e scribe . . . . . .

Annotationes variae

eidem membranae exterius inscriptae.

a) Supra manu Erasmi Vendii, Bibliothecæ sub Duce Alberto V. Præfecti, assignatum est Codicis argumentum is verbis:

> Ravennati Archiepiscopatui factæ donationes Fundorum territorii Ariminii, Senogalliæ, Auximi, Asini, Humanatæ, Eugubi, Perusii, Sabronæ, Urbini et aliorum.

b) Post hoc argumenti indicium sequitur in latere Alberti Widmanstadii manu:

> Ex cortice sive Iunco Marino longobardicâ lr̃a Vetustissima.

c) In medio iterum Erasmi Vendii manu habetur:

> Scripta in papyro vera, satis latinè paginę numerantur.

Numerus ipse foliorum ab eo non est expressus.

d) Infra Nicolai Maillot, et Gerhohi Steigenberger, amborum quondam Bibliothecæ huiatis Præfectorum manu notatum est, Codicem hunc anno 1782 die 30 Aprilis à f. m. Summo Pontifice Pio VI, cùm Vienna Monachium

peruenisset, inspectum esse. Verba sunt:

Vidit Pius VI. Pont. Max. 30. April 1782, dum Vindobona redux Monachii ageret.

Nicolaus Maillot de la Treille tanti Pontificis Prælatus Domesticus, nec non Sereniss. Caroli Theodori Electoris Palatini utriusque Bavariae Ducis à Bibliothecis Præfectus.

Steigenberger, Biblioth.

e) Huic annotationi manu Nicolai Maillot alia subiecta conspicitur, qua monetur, hunc eumdem Codicem etiam anno 1783, die 23. Octobris a Gustavo III, Rege Sueciae lustratum esse. Verba sunt:

Die 23. Oct. MDCCLXXXIII vidit alter ille Gustavus Ordine III. Sueciae Rex, qui mitiora sibi et populo, absque ulla sanguinis effusione, iura imposuit.

Nicolaus Maillot de la Treille à Bibl. Præf.

Verba: qui mitiora sibi et populo, absque ulla sanguinis effusione, iura imposuit: Gustavum Adolphum respicere, à quo Bavaria bello tricennali non parum afflicta est, per se patet.

f) In fine demum, seu potius in pagina aversa membranæ huius ignota, valde tamen vetusta manu legitur:

Breuiariu t'ti Arimiñ et Segalie et alio24 Loco24.

Notae ad Praefationem.

1) Vid. *Lettere (del Consiglier Bianconi di Bologna) al Marchese Filippo Hercolani sopra alcune particularità della Baviera. Lucca* 1763. 8. *Lettera IV. p.* 94.— In versione germanica, quam dedit *Henrica de Runkel* sub titulo: *Briefe über die vornehmsten Merkwürdigkeiten der churbaierischen Residenzstadt München, und den umliegenden Lustgegenden: München und Leipzig* 1771. 8. *pag* 59.— Conf. etiam: *Essai de Curiosités bibliographiques, par Gabriel Peignot: Paris* 1804. 8. *pag. XXV.* ubi haec habentur: *Ce rouleau* (la donation faite à l'église de Ravenne) *était consérvé à la Bibliotheque du Vatican, dans un vase de Cristal: il est sur papier d'Egypte.*

2) Territoria, quorum in Codice nostro mentio occurrit, sunt 1) *Territorium Ariminense:* fol. 27 — 48. 2) *Territorium Sinogaliense:* fol. 49 — 61. 3) *Territorium Ausimanum:* fol. 62 — 76. 4) *Territorium Hesinum:* fol. 77. 5) *Territorium Hegubium, Heugubium, Heugubinum* seu etiam *Agubinum:* fol. 78 — 80. 6) *Territorium Perusinum:* fol 81. 7) *Territorium Sabronense* fol. 82. 8) *Territorium Urbinum:* fol. 83. et 9) demum *Territorium Feretranum:* fol. 84 — 86. Quaedam horum Territoriorum propria inscriptione distinguuntur, quaedam ea carent. Ego, quo facilius inter se discerni possint, cuivis inscriptionem peculiarem praemisi.

3) Vid. *Lettere (del Consiglier Bianconi) loc. cit. pag.* 93.; in versione germanica *Henricae de Runkel pag.* 54.

4) Cl. *Bianconi* loco citato inter alia inquit: „*Il Marchese Maffei, che non conobbe questo papiro se non*

dopo la publicazione della sua storia diplomatica, sospirava per averlo; ma la morte lo prevenne nel tempo medesimo, che ne faceva allestire la copia in Monaco. Io ve ne parlerei più a lungo se non tenessi per fermo, che questo bell' avanzo guari non tarderà a vedere il giorno per mezzo del Sig. di Oefele, che è uno de' pochi in Baviera, che ne conosca il pregio. E egli possibile, che l'autore dell' Opera Scriptores rerum Boicarum lasci più lungo tempo languire nelle tenebre si bella reliquia?" In versione germanica pag. 60.

5) Vid. *Carl Albrecht von Vacchiery Rede zum Andenken des Andre Felix von Oefele: München* 1781. 4. *pag.* 52 — 54. ubi auctor in annot. f. pag. 56. paene se timere ait, ne apographi Oefeliani iactura omnis spes, Codicem hunc unquam publici iuris videndi praecisa sit. Sane cl. *Oefele* primus omnium describendo Codici manum admovit, quo magis dolendum est, operam eius intercidisse.

6) Emin. Card. *Garampi* eximius ille antiquitatis cultor, possedit fragmentum Papyri Sæc. V. vel VI. donationem Ravennati Ecclesiae oblatam, continens, quod nunc in Bibliotheca Gambalongana civitatis Arimini adservatur. Illud, cum Præfatione *Ioannis Christophori Amadutii* ad *Andream Iohannitium* Abbatem Monachorum Camaldulensium S. Gregorii in Clivo Scauri, typis excusum legitur in opere inscripto: *Anecdota litteraria ex MSS. Codicibus eruta. Romae* 1773. 8. *T. II. p.* 430. *seqq.*

7) Vid. *Gerhoh Steigenbergers historisch-litterarischer Versuch von Entstehung und Aufnahme der churfürstlichen Bibliothek in München* 1784. 4. *pag.* 28. ubi Nota 37. ex epistola Emin. Cardinalis *Garampi* ad auctorem 12. Dec. 1781. data haec verba citantur: „*Depuis l'an* 1762 (seu potius 1763) *je copiai moi même tout le corps des traditions de Ravenne, qui existe dans la Bibliotheque Electorale en papier d'Egypte. J'en passai la copie à feu l'Abbè Amadesi, qui travailloit à l'Histoire*

de cette Eglise. Msgr. l'Archevèque Cantoni etoit deja pret à fournir les frais pour la publication de cet ouvrage, resté posthume. Mais helas qu'il vient de mourir! Je ne scais pas encore, s'il soit sous la presse."

8) Epistola, ab Emin. Cardinali *Garampi* apographo à se Monachium transmisso adiecta, quae casu in manus meas devenit, sic habet:

„Roma 17. Marzo 1790.

„Sigre. Abe Stimatisso.

„Non creda Ella già che siami riescito molesto l'emergente, per cui mi fu necessario d'instituire diligenze, a fine di soddisfare la di Lei ben giùsta premura in servigio di cod. Bibl. Elettorale. Godo anzi e mi compiaccio, ch' Ella mi abbia data occasione e impulso d'instituire tali ricerche: senza di che deplorerei ora come perduta affatto ogni opera, che impiegai costà nel 1763 nella trascrizione del consaputo Notiziario o Registro della Chiesa Ravennate.

Avrà Ella dunque già inteso dal nostro Monsigre. Nunzio, che dopo riescite vane tutte le altre diligenze, finalmente, se non si è potuto finora ricuperare il mio originale, mediante però la gentillezza del Sigre. Co. Fantuzzi, ne risarciamo e compensiamo frattanto il desiderio con una copia, che fin da quando vivea il defonto Amadesi, si era egli procurata Questa pertanto qui compiego, ch' è di pagg. 57. corrispondenti ad altrettanti del Codice originale in Papiro.

Quantunque io tema, che l'amanuense non abbia in più luoghi, specialmente nei nomi propri de' luoghi o persone, inteso bene il carattere mio, o quello di Monsigre. Marini, (che congiunse l'opera sua alla mia) nondimeno spero che potrà Ella facilmente rettificare la vera lezione sul Codice originale: e in caso di correzioni, pregola di aggiugnerle come apostelle anche ai fogli della copia che ora le spedisco.

Avremo voluto ed io e il Conte Fantuzzi trarre delle respettive copie per nostro uso: ma siccome una tale doppia trascrizione avrebbe fatto scorrere molto tempo, abbiamo preso il partito di fare subito costà la spedizione di quella ch' egli ne avea, tale quale si è, affinchè Ella non debba per tal motivo soffrire un nuovo e più lungo ritardo nel desiderio conceptione.

Sicchè allora quando ne avrà Ella fatto l'uso, che le sarà opportuno, pregola di rispedirmi addietro quello stesso plico e copia che qui le acchiudo, dirrigendolo con sopracarta all' Emo Antici Mino. di coda Corte, pel di cui canale ne le faccio ora la spedizione. Trattandosi di Elettorale servigio, ho giudicata opportuna una tale precauzione etc.

Di Lei Sige. Abe. Stimatisso.

Affet. per servirla.
Gius. Card. Garampi.

9) Vid. *Vom Papier, den vor der Erfindung desselben üblich gewesenen Schreibmassen und sonstigen Schreibmaterialien, von Georg Friedrich Wehrs. Halle bey Ioh. Iac. Gebauer* 1789. 8. *pag.* 54. *et seqq.* — Conf. etiam *Nouveau Traité de diplomatique: Tome I. Chapitre V. pag.* 484.

10) *Wehrs* l. c. p. 88. ait, chartam è libris arborum confectam, simillimam esse chartae aegyptiacae, adeo ut vix à se discerni possint. Unde pag. 89. tradit discrimen harum chartarum; chartam scilicet è libro confectam ad minimum sesqui aut duas crates habere, chartam vero aegyptiacam non nisi vnam; illam ergo multo fortiorem ac crassiorem esse, quam hanc. Cum itaque charta codicis *Traditionum ecclesiae Ravennatensis*, quo Bibliotheca Regia superbit, unica tantum crate constet, patet exinde, eam esse veram chartam aegyptiacam, non chartam è libro confectam.

11) *Il papiro*, inquit cl. *Bianconi* l. c. pag. 97. *di questo bel monumento è finissimo*; rursusque pag. 99., *In*

somma observate con divozione il bel papiro, perochè tutto in lui è raro, instruttivo, e degno di studio, e se eccettuate i papiri trovati ad Ercolano, benchè sì rovinati, non vedrete cosa piú singolare altrove. In versione germanica *Henricae de Runkel* locus hic extat pag. 61 — 62. *Christ. Gottlieb Schwarz de ornamentis librorum etc. Lipsiae* 1756. 4to *Dissert. IV. n* 7. *pag.* 141 testatur, à semetipso codicem regium Monachii inspectum, candoremque eximium in charta deprehensum fuisse. Ea illius verba: „*Mihi huiuscemodi Aegyptiacae chartae, eiusque satis candidae et bene conservatae, Codicem, qui Donationes Ecclesiae Ravennatensi factas complectitur, et quod ex nominibus Archiepiscoporum Ravennatensium patet, demum ineunte saeculo nono scriptus est, suspicere licuit Monachii in Bibliotheca Serenissimi Pr. Electoris Bavariae.*"

12) Vid. *Philipp Wilhelm Gerkens Reisen durch Schwaben, Baiern etc. in den Iahren* 1779 — 1782. *I. Theil. Stendal,* 1783. 8. *pag.* 329.

13) Plerique quidem codices manuscripti, qui in papyro aegyptiaca aetatem tulerunt, longitudinem plurium pedum, immo et cubitorum habent, idcirco in bacillos voluminum instar revoluti. Extant tamen etiam codices forma, ut dicitur, quarta, quorumdam tantum digitorum altitudine, quod vel solum Bibliothecae nostrae manuscriptum demonstrat. Praeter hoc cl. *Wehrs* l. c. pag. 86. aliud eiusdem formae, 30 foliis constans, commemorat, illud nempe, quod in Bibliotheca Monasterii S. Galli asservatur, homiliasque S. Augustini et Isidori continet.

Codicem in charta ex libro confecta exaratum folii minoris forma adducit *Mabillonius de re diplomat. L. I, c.* 8. *n.* 11. Est is è Bibliotheca Petaviana, continetque Sermones S. Augustini. Alium eiusdem materiae codicem noverat, olim Ecclesiae Narbonensis peculium, postmodum vero ad Dominam de Phirmacone delatum, S. Augustini Epistolas, Tra-

ctatus ac Sermones nonnullos complectentem. Altitudo eius 16 digitorum, latitudo 9. In epistola quadam, à cl. *C. G. de Murr* 28, Iul. 1784 ad Rev. *Gerhohum Steigenberger*, Bibliothecae huiatis tum Praefectum data refertur, eruditum quemdam Florentiae donationem in charta aegyptiaca conscriptam de anno 454 vel 469, 6 pedes longam, $1\frac{1}{4}$ latam explicuisse in opere inscripto: *Congetture di un Socio Etrusco sopra una carta papiracea dell' Archivio diplomatico de S. A. A. R. il Seren. Pietro Leopoldo etc. Firenze* 1781 4*to*. Autographum epistolae cl. *de Murr* in Bibliotheca Regia asservatur, opus autem praedictum in ea nondum habetur,

14) Vid. Eiusdem *Reisen* l. c. p. 329 — 330.

15) Vid. eiusdem opus: *Vom Papier etc. l. c. pag.* 87. Annotandum hic mihi est, Codicem Bibliothecae Regiae Monacensis, in charta aegyptiaca exaratum, bis à cl. *Wehrsio* citari, viderique, eum bina à se diversa ex illo manuscripta fecisse. Pagina enim 86 ait, in Bibliotheca nostra Codicem asservari, in charta aegyptiaca conscriptum, quod ex Bibliotheca germanica litterarum humaniorum (*Bibliothek der schönen Wissenschaften*) Part. XI, pag. 132 confirmat. Tum pag. 87. ex oratione à D. de *Vacchieri* in memoriam *Oefelii* habita, et *Gerkenii* itineribus asserit, in eadem materia etiam traditiones Ecclesiae Ravennatensis ibidem haberi, manifesto sane erroneae separationis argumento. Nullum enim aliud in Bibliotheca Regia monumentum extat, rarissima hac praerogativa insignitum, atque de eo tàm auctor Bibliothecae litterarum humaniorum, quàm D. de *Vacchieri* et *Gerkenius* intelligendi sunt. Similiter etiam criticus anonymus in novellis litterariis Monacensibus (IV. Stück des Aprils 1784 pag. 59.) conjectura sua fallitur, dum ait: Fortasse non tantum *Codex Traditionum Ravennatensium*, sed etiam pretiosum illud in charta aegyptiaca manuscriptum, *Decretale* sive *Syntagma Decre-*

torum ecclesiasticorum pars fuere collectionis Widmanstadianae. Solus enim Codex tradit, Ravennat. in charta aegyptiaca exaratus est, non item Decretale; quod praeterea in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi asservatur, cum ille Bibliothecam Regiam monacensem exornet.

16) Eadem Acta etiam inserta sunt *Amadesii Disquisition. etc. Tom. I. Append. Nro. XVII. pag.* 254.

17) Vid. *Amadesii Disquisit. etc. Tom. I. in Prolegom. §. IX. pag. XCVI.*

18) Conf. Seriem hanc chronologicam Archiepiscorum Ravennatensium cum *Amadesii Disquisit. Tom. I, Proleg. §. IX.*, qui quidem *Petro VI.* statim *Honestum II.*, huicque *Ioannem XIII.* subiungit, unde hi duo Archiepiscopi allatam à me seriem chronologicam concludere possent, praesertim cùm *Honesti* et *Ioannis* nomen saepius in Codice referatur. Cùm verò probe attendi debeat, *Honesti* novies tantum mentionem fieri, *Honestum I.* porro septem annis regnasse, atque plures praecedentium Archiepiscoporum spectato regiminis ipsorum tempore aequalem feudorum numerum contulisse, *Martinum* e. gr. intra sex annos quinque, *Deumdedit* intra tres annos sex, *Dominicum* intra novem annos decem: vel hac sola de causa *Honestus II.*, qui 12 ipsos annos ecclesiam Ravennatensem gubernavit, vix amplius in censum admitti potest. Praeterea scripturae character etiam magis ad primum saeculi X dimidium, quàm ad secundum accedit. *Petro VI.* idcirco in eadem serie locum dedi, quod alias in ea solus *Petrus V.* occurreret, licet *Petri* Archiepiscopi nomen in Codice bis et vicies legatur, eique uni omnes infeudationes sub *Petri* Archiepiscopi nomine factae adscribendae essent, cum tamen non nisi ab anno 904 — 905, idque simul cum *Ioanne XI.* Ecclesiae Ravennatensi praefuerit. Ex maiori scripturae cum primo seculi X. dimidio conformitate haud improbabile redditur, Codicem iam

iam anno 955, quo *Petrus VI.* sibi Coadjutorem assumsit, ad finem perductum fuisse.

19) *Christ. Gottl. Schwarzius de ornamentis librorum pag.* 141. aetatem Codicis huius, à semetipso inspecti, ex nominibus Archiepiscoporum Ravennatensium in eo occurentium diiudicans, illamque Seculi IX. initio assignans, procul dubio toto seculo aberravit, id quod ex serie chronologica Archiepiscoporum à me evoluta sole clarius patescit; Scriptura, qua Codex exaratus est, non unam manum refert, sed triplex eiusdem varietas deprehenditur. Cum tamen characteres forma aevo cuique consueta non dissideant, ad aetatem determinandam unicum specimen sufficit. Usum chartae aegyptiacae usque ad dimidium Sec. XI. testatur *Werhrs.* Idem vero è contrario asserit, usum chartae è libro confectae adhuc Sec. XII. frequentissimum fuisse.

20) Vid. eiusdem *Historisch - litterarischer Versuch etc. pag.* 25 — 26.

21) Cl. *de Murr* in epistola ad *Gerhohum Steigenberger*, Bibliothecae huiatis quondam Praefectum data, et supra Not. 13. memorata ait, se iam dudum accuratiorem de Codice Traditionum Ravennatensium notitiam exoptasse, atque idcirco scripturae specimen efflagitare.

22) *Amadesius l. c. Proleg. §. VII. pag. LXIX. inquit:* „Supersunt tantummodo quinquaginta sex paginae scriptae in anteriore solum parte. Diversis inter se characteribus exaratum est, uti *Garampius* hic atque illic adnotavit; attamen scriptum fere omne videtur seculo X, aliquibus adjectis sequenti seculo praesertim in marginibus, cum nullibi inveniantur chronologicae notae. Specimen etiam characteris provide descripsit *Garampius*, quod nos cum ipso Codice dabimus, additis notis, ubi de rebus, quae iuris erant Ravennatis Ecclesiae, locus erit disserendi.“ Codex totus con-

numeratis quatuor primorum foliorum fragmentis constat 36 foliis, de quibus tamen octo una tantum pagina perscripta sunt, scilicet 1. 10. 15. 17. 30. 32. 33. et 35., folii 1. et 17 pagina adversa, reliquorum sex aversa nihil continente. Paginae scriptae itaque in Codice universim 64 numerantur. Cum *Amadesius* non plures quam 56 prodat, fallitur. Argumentum non ordine chronologico, sed iuxta territoria pertractari, etiam *Steigenberger* l. c. pag. 27. annotavit.

23) In *Wielands neuem teutschen Merkur de anno* 1803, *Tom. II. pag.* 163 — 155, inter ea, quae in *Beiträgen zur Geschichte und Litteratur vorzüglich aus den Schätzen der Münchner Hof - und National - Bibliothek, herausgegeben von C. Freiherrn von Aretin*, praeprimis locum merentur, etiam *Codex Traditionum Ecclesiae Ravennatensis* recensetur.

24) Editionem *Codicis Traditionum Ravennatensium* à comite Marc. Elephantutio parari iam *Franc. Ant. Vitale* monuit in libro, cui Titulus: *Specimen historicum litterarium originis et incrementi Bibliothecae Electoralis Monacensis, quod recurrente die erectionis Electoralis Academiae scientiarum* 28. *Martii* 1784 *pronunciavit in aula bibliothecae Gerholus Steigenberger etc. è Germanico in latinum sermonem vertit et adnotationibus Auctoris suas insuper addidit Abbas Franciscus Antonius Vitale U. I. D. et Patricius Arianensis: Romae ex officina typographica Salomoniana* 1785. 4to. ubi *pag.* 33. *nota* 37. ait: „Indubiam spem mihi praestitit Comes *Marcus Elephantutius*, Patricius Ravennas, meique amicissimus, illud (exemplar Codicis Traditionum Ecclesiae Ravennatis) propediem edendi in suo opere Collectionis Diplomatum Ravennatium aliorumque monumentorum medii aevi.“ Promissioni huic actu ab eodem Comite *Elephantutio* satisfactum esse cl. Bibliothecae Regiae Panormitanae Praefectus *Sterzinger* in epistola Roma 21. Dec. 1804. ad Bib-

liothecae huiatis supremum Praefectum L. Baronem de *Aretin* data, ab eoque humanissime mecum communicata his verbis testatur: „Codex Traditionum Ravennatensium, qui in Bibliotheca Regia Monacensi asservatur, iam à Comite *Marco Fantuzzi* publicatus est Venetiis in opere: *Monumenti Ravennati de' Secoli di Mezzo per la maggior parte inediti: Venezia* 1801. *4to. Voll. 6.* ubi Tom. I. Nro. 1. occurrit sub inscriptione: *Registro di Concessioni enfiteutiche e livellarie della Chiesa arcivescovile di Ravenna, e di donazioni fatte alla Chiesa dal Secolo settimo sino al decimo. Questo Codice papiraceo estisteva nella Biblioteca dell' Ellettore di Baviera.* In Praefatione auctor ait, se apographum Codicis ante annos 27 ab Abbate *Marini* obtinuisse, per decursum ipsum passim notas historicas adspergit. Libenter exemplar operis huius pro Dominatione Vestra (L. Barone de *Aretin*) coëmissem, nisi Comes illud, propriis impensis impressum, inter solos amicos suos distribueret."

Coeterum Comitem *Marcum Fantuzzi*, et Comitem *Marcum Elephantutium* unum eumdemque esse, pro iis tantum noto, qui duas appellationes *Fantuzzi* et *Elephantutius* forte etiam ad duas inter se diversas personas relaturi sint, quos hac de re ablegasse sufficit ad *Notizie degli Scrittori Bolognesi raccolta da Giovanni Fantuzzi: Bologna.* 1781 — 1790. *fol. min.* ubi Tom. III. varii *Fantuzzi* ibidem memorati, praesertim pag. 296. *Giovanni Fantuzzi Iunior*, eos de neminum identitate convincent. Illius enim monumentum typis excusum eo in loco his verbis incipit: *D. O. M. Ioanni de Fantutiis sive mavis de Elephantutiis Patricio Bonon. etc.*

Notae ad Codicem.

a) Fragmentum hoc in omnibus cum scheda peculiari membranacea, infeudationes complures bonorum in territorio Ariminensi sitorum complectente, atque procul dubio non nisi ex errore infeudationibus Territorii Ausimani inserta consentit, quam idcirco ceu supplementum huc spectans, cunctisque lucem affusurum subiiciendam duxi:

Pet̄ qua̅ petiu̅ bona ducarissa relc̄ qnd̄ ursi ducis a dominico archiep̄o de fund̄ q uoc̄ marciliana iu in. ab uno lat̄ fund̄ uiliniano alio lat̄ fund̄ camariano. tcio lat̄ fluuio q uoc̄ usa. quarto lat̄ possidente heredes qnd̄ mauri. Simul et trib⁹ unc̄ fund̄ cellule. ab uno lat̄ fund̄ amotaciano . et possidente galliense . et fund̄ dulliano . et fund̄ ancellano que loca supscripta largita st̄ liuttefredo p̄ honestu̅ archiep̄m. Nec non supradicte bone ducarisse largite st̄ qnq; unc̄ fund̄ miciani cu̅ medietate aqmulo suo . et trib⁹ unc̄ fund̄ camarciani . et duab⁹ unc̄ fund̄ marinioni. et trib⁹ unc̄ fund̄ galeriani . atqj septem unc̄ fund̄ monti Iouis. In ta fin de p̄dicto fundo monte iouis a singulis lateribj possid̄ basilica sc̄i archangeli fundata in loco qui d̄r aceruulis . ab alio lat̄ iura publica. tcio lat̄ fluuio use . quarto lat̄ fund̄ const̄ territorio ariminense.

2) Voces In In lineae in autographo superscriptae sunt.

3) *sex* lineae superscriptum.

4) ut sc̄i Erasmi lineae superscriptum.

5) Eminent. Card. Garampi legit: *pitcinna*,

6) In apographo Eminent. Card. Garampi habetur: *ad copotu̅.*

7) Abbreviatura haec significat *inter affines*, vel *in terra fines*. subintelligendo *sunt*. In Instrumento, Donationem

Ecclesiae Ravennatensis continente, atque à cl. *Maffeio* in *Istoria diplomatica: Mantova* 1727, 4to. *pag.* 143. exhibito legitur *inter ad fines*, quod etiam in alio Instrumento ab eodem l. c. pag. 165. edito recurrit. In *Amadesii* disquisitionibus etc. Tom. I. p. 260. lectio cum nostro Codice concordat: habetur enim *in terra fines.*

8) In Codice primitus exaratum fuerat, *tribuna*; littera *a* postmodum à librario deleta est.

9) Voci *albedo* adiectum est signum omissionis, quod lectorem ad haec verba amandat: *martin⁹ archipbr de murisiano hoc detinet cu suis scribj.* Quae cum contextui aptari non possint, ceu adnotatio librarii consideranda sunt.

10) Fuderat librarii manus initio *actano;* sed litterae *t* expuncta dein ab eo superscripta est syllaba *ci*, ut adeo legendum sit *acciano.* In margine notatum *Aciano.*

11) *in integro* lineae superscriptum.

12) Lectio primitiva fuit *capiano.* Cùm verò librarius litteram *c* per modum correctionis imposuerit litteram *p*, idemque in margine repetierit, dubitari non potest, quin genuina lectio sit *papiano.*

13) Eminent. Card. Garampi legit: *frenatis.*

14) *sorte in* lineae superscriptum.

15) Legebatur primo *lucraciano.* Litterae *a* praecedenti á librario postea absque ulla litura supra appicta est littera *u*, quod Eminent. Card. Garampium induxit ad legendum *Lucruaciano;* sed minus recte, cum in margine habeatur *lucruciano.*

16) Voces: *cu casale suo q dr casale:* superscriptae sunt.

17) Autographum quidem exhibet *anxiniano;* sed librarius punctis duobus primo *n* superpositis, unoque eidem subiecto indicare volebat, legendum esse *axiniano.*

18) Voci *ariniano* additum signum omissionis, quod lectorem ablegat ad verba: *Leto hoc detinet.*

19) In Codice exaratum *centurio.* Litterae *u* à librario dein superposita littera *a*, quod ab eo etiam in mar-

gine factum. Unde Eminent. Card. Garampi legebat *centuario*. Genuina lectio mihi videtur esse *centario*, quod simili correctione supra in voce *lucruciano* not. 15. occurrente stabilitur.

20) Garampius legit *priscus*.

21) Scriptum fuerat primo *docella*. Cùm verò à librario litteris *o* et *c* supra interiecta sit syllaba *mo*, legendum esse patet *domocella*.

22) *orto*, quod fortasse legendum *horto*, lineae superscriptum est.

23) Eminent. Card. Garampii apographum habet *exenadochio*.

24) Card. Garampi legit *pirocti*.

25) Exaratum quidem primo fuerat foncianū; cùm vero littera *f* litteram *p* ceu emendationem sibi impositam habeat, idemque in margine occurrat, manifestum est, veram lectionem esse *poncianū*.

26) Contextus atque etiam margo primo referebant *cordiani*: superposita vero litterae *c* à librario littera *g* indicat legendum esse *gordiani*.

27) Scripturam priorem *caltiniani* librarius, superposita litterae *c* littera f, monuit mutandam esse in *faltiniani*, quod etiam in margine extat.

28) Hìc etiam prius legebatur *caltiniano*.

29) Mendum à librario in hac voce commissum eodem modo, quo supra not. 25. sublatum cernitur, nisi quod emendatio in margine non compareat.

30) Characteres, quibus haec infeudatio exarata est, exiliores quidem, eiusdem tamen aetatis cum praecedentibus sunt.

31) Syllabae *ma* vocis *romano* librarius supra adscripsit syllabam *chi*, ut adeo legendum esse videatur *romachino archiepo*. Apud *Amadesium* vero, qui in Disquisit. in Antistit. Ravennat. Chronotaxim T. I. Proleg. c. IX. chronologicam omnium archiepiscoporum seriem sistit, nulla *Romachini archiepiscopi* mentio habetur.

32) Characteres huius infeudationis aliquanto crassiores minorisque elegantiae sunt, quam hi, quorum specimen subiunxi, nec tamen aetate ab iis differunt.

33) Manus huius infeudationis cum illa convenit, à qua scriptura supra not. 30 memorata originem duxit.

34) Hic in Codice sequuntur voces nonnullæ lituræ obductæ, quæ sese hoc ordine excipiunt: *et paulus q uoc̄ aucello et lupo de uicilino ambo natione longobardc̄*. Specimen scripturæ integram hanc paginam additis iis quoque, quæ expuncta sunt, oculis subiicit.

35) Autographum quidem distincte refert: *aunesto archiepo.* Cum verò Catalogus archiepiscoporum Ravennatensium *Aunesti* nomen ignoret, verosimile est, *Aunestum* eumdem esse cum *Honesto.*

36) Hæc et sequentes quatuor infeudationes pallidiori atramento scriptæ sunt, characteres tamen cum specimine à me exhibito conveniunt.

37) Scriptum primo fuerat *masione;* ex apposita autem à librario super litteras *a* et *s* littera n apparet, legendum esse *mansione.*

38) Sub *Joanne Archiepiscopo* hic intelligendum esse *Joannem XI.* adiecta particula *tantummodo* declarat. Hæc enim aperte *Petrum V.* excludi innuit, qui ab anno 904 — 905 simul cum *Joanne* ecclesiam Ravennatensem gubernavit.

39) Vox p̄br̄ (presbyter) lineae superscripta.

40) Vox *iuxta,* à librarii manu primo profecta, deleta littera *x* et suffecta in eius locum littera *s* ab eodem mutata fuit in *iusta.*

41) Initio legebatur *serbeniano;* mutata autem à librario littera e secunda in i emergit nova lectio *serbiniano,* iteratione in margine confirmata.

42) *sce marie* lineae superscriptum.

43) Characteres huius et sequentium trium infeudationum conveniunt cum illis, quos supra not. 30 indicavi.

44) Eminent. Card. Garampius legit *Frogonis.*

45) In apographo Eminent. Card. Garampii extat *Rachilda.*

46) Ibidem extat *Petro.*

47) Garampi *anconitano et ausimano* habet.

48) Nomen hoc Codex incertum reddit. Videtur enim primo exaratum esse *auhesto*. Litteræ *u* librarius litteram *l*, et litterae *e* rursus eamdem, quæ prius iam aderat, litteram *e* superposuit, iustam sane causam præbens, de vera lectione dubitandi. Legendum putarim *aunesto*, quod, ut supra iam not. 35 à me monitum, in *Honesti* locum immigrarit.

49) Voces *de roma* pallidiori atramento exaratae.

50) MS. habet *larciano*, littera *n* super *a* et *o* adiecta.

51) Verba uncinis inclusa et lineis duabus comprehensa ad calcem huius infeudationis extant, præfixo signo omissionis.

52) *genera franco* 24 lineæ superscriptum.

53) Infra in infeudatione eiusdem argumenti loco *berta* exhibetur *betta*, vide not. 67.

54) Primo librarii calamus dederat *brutolo*, secundis curis haec vox ab eodem mutato primo *o* in *u* transformata est in *brutulo*, quod cum ita alio etiam in loco recurrat, genuinum videtur.

55) *ter ausimano* lineae superscriptum.

56) Eminent. Card. Garampi hic legit *uiginti*.

57) *Ab honesto archiepo* lineæ superscriptum.

58) Vox hæc tam evanida est, ut pæne oculos fallat. Eminent. Cardinalis Garampius legit quidem *Leoncia*; prætulerim tamen *Leoaria*.

59) Abbreviatura c^{9} (cus) lineæ superscripta.

60) In margine habetur *Auxiliano*.

61) Hæc atque omnes reliquae infeudationes characteribus supra not. 30 à me notatis exaratae sunt, unica tantummodo excepta, quæ paulo inferius occurrit et incipit: *Pet qua petiuit arnusto etc.* Hæc enim cum Specimine congruit. Quæ cum pluribus aliis diversæ scripturæ tam præcedentibus quam subsequentibus intermixta sit, vel ex hoc inferri potest, ambos characteres, quos Codex exhibet, eiusdem ætatis esse.

62) *ter ausim* lineæ superscriptum.

63) *cū casalib; et apendicib; suis* adiecto signo omissionis infra lineam subiungitur.

64) *fil⁹ bulgari* lineae superscriptum.

65) Vocabulum *de* sequitur in Codice signum simillimum tribus litteris *nbj*, quod etiam supra in infeudatione incipiente: *Libell⁹ quē petiū iohs castaldus:* post vocem *curte* habebatur, ubi tamen à librario iterum deletum est. Infra in infeudatione incipiente: *Fundū q uoc turrita etc.* bis recurrit primo quidem è litteris *n b a*, secundo verò è litteris *n b m* compositum, similiter à librario utrobique rursus expunctum. Unde patet, nihil plane his signis denotari, eaque salvo contextu ex integro omitti posse.

66) *tepore iohis archiepi* lineæ superscriptum.

67) Supra legitur *betta* pro *berta*. Vide not. 53.

68) tcio lat lineæ superscriptum.

69) Vocis huius ductus vix non omnino oculos effugiunt, unde à Card. Garampio penitus omissa est. Mihi legenda esse videtur *fullonica;* saltem à voce hac, in sequenti infeudatione distincte expressa, non multum abludit.

70) Hìc occurrit signum *n b a*, cuius supra in nota 65 mentio facta.

71) Post hanc vocem comparet signum *n b m*, ibidem memoratum, ambo a librario litura obducta sunt.

72) Eminent. Card. Garampi legit *incapoli.*

73) *q fund' in in* hæ voces lineæ superscriptae sunt; sequentia situ corrupta.

74) *sex unc p unuque fund.* Hæ etiam voces præfixo signo omissionis lineae superscriptæ sunt, sequentibus pariter situ corruptis.

75) Vox *coniux* per totum Codicem nonnisi semel occurrit, ubique locum eius occupante voce *Jugalis.*

Appendix alphabetica Abbreviaturarum in Codice contentarum.

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
	A.		
Adrōpotū – –	Adrompotum, vel Adronpotum		
al̄ – – –	alius – – – – –	56	12
apl̄i – – –	apostoli		
aq̄ – – –	aqua		
aqmulo – –	aquimulo – – – –	48	15
aq̄s – – –	aquis		
archiep̄o – –	archiepiscopo		
arim̄ – –	ariminensis		
atq; – – –	atque		
aur̄ – –	aureus – – – –	63	11
	aurum – – – –	50	2
	B.		
b̄ – – –	bus		
b; – – –			
bē – – –	bem		
bon̄ – – –	bonus		
	C.		
c̄ – – –	con		
c⁹ – – –	cus		
c̄ao senanul̄ –			
cap̄ – –	capientes – – – –	79	11
c̄apana – –	campana		
c̄apaq̄s – –	caputaquis – – – –	32	in marg.
c̄apo – –	campo		
c̄cedim⁹ – –	concedimus		
ces̄ – – –	cessinatensis		
cessinat̄ – –			
ciū – – –	civitas		
coher – –	coherentes – – – –	59	15

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
col̄	colonus	50	26
com̄	comes		
const̄ / cost̄	constitutus	47	24
cu̇	cum		
	D.		
d̄	dum, *vel* dus		
dat̄	Datius	33	28
den̄	denarius	51	11
dī	Dei		
diac̄	diaconus		
dic̄	dictus	31	9
dom̄	domus		
donat̄	donatio	81	11
dr̄	dicitur		
	E.		
ē	est		
eccle	ecclesiae		
eē	esse		
ei⁹	eius		
eps̄	episcopus		
extend̄	extendens	46	21
	F.		
fec̄	fecit	54	8
fil̄	filius *vel* filia	65	12
fin̄ / fin⁹	finis, *seu* fines		
fl̄	filius *vel* filia	51 65	14 12
fud̄ / fun̄ / fund̄	fundum *et* fundus	50	22
	G.		
gem̄ / ger̄ / germ̄	germana *vel* germanus	40 51	13, 33 14
glos̄	gloriosus		

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
	H.		
hab̄	habens, *vel* habitatio		
hd̄ / heds̄	hæredes	44	21
her̄ / hers̄	hæret, *vel* hærentes	27	12
hon̄	honestus		
hp̄	honesta persona		
hr̄	hæret, *vel* hærentes	34	12
	I.		
ia	iam		
ibid̄	ibidem		
ibricib̄	imbricibus	40	9
id̄	id est	81	14
infiḡ	infiguratus	76	1
in in̄	in integro, *vel* in integris	33 47	13 30
int̄	intro vel intra	51 79	22 22
int̄ afin̄ / in tā fin̄ / int̄ fin9 / intr̄ afin̄ / in tr̄ fin̄	inter affines in terra fines	46 51	15 29
iohs̄	Iohannes		
ist̄	ister	60	52
iugal̄ / iugl̄	iugalis	76	7
iulian9	Iulianus		
	L.		
lat̄ / l̄	latus *vel* latere		
latb̄ / laterib̄	lateribus		
latn̄ano	laternano		
libell̄ / liuell̄	libellus		

m'

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
	M.		
m'	mus		
mag̃ / magist̃	magister		
manipul̃	manipula		
mans̃	mansio	42	8
med̃	medius *vel* medietas	73	21
militu̇	militum		
mil̃ num̃	militum numero		
mod̃	modius	50	9
mon̄	monasterium vel mons	56 / 58	13 / 7
m̄sura	mensura		
	N.		
n̄	nomine	89	8
n̄	non *vel* enim		
n^{9}	nus		
neg̃	negotiator		
nn̄igiano	nonigiano		
nr̄is	nostris		
num̄	numeri / numero	39 / 47	29 / 2
	O.		
omi̇	omni		
omib;	omnibus		
onib;	omnibus		
ouener̃	obvenerunt		
	P.		
p̄	per *vel* par		
p̄	præ *vel* pre		
cp̄	pro		
par̃	pario	37	11
partb̃	partibus		
patn^{9}	paternus		
patniani	paterniani		
patno	paterno		
pbr̃	presbyter		

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
pecier̄ – –	petierunt		
ped̄ – – –	pedes – – – –	41	28
pēns }	pensantes – – – –	54	26
pen̄ } – –	vel pensione – – – –	62	15
pet̄ – – –	petitio – – – –	69	6
petiu̇ – –	petivit – – – –	69	6
plm̄ – – –	plus minus – – –	54	12
pōpiano – –	ponpiano – – – –	49	25
pōpiliano – –	pompiliano		
pōr̄ } – –	portio, *vel* portiones		
porc̄ }			
pos̄ – – –	positus – – – –	52	2
	possidens – – – –	51	31
possd̄ – –	possidens *vel* possidet		
prat̄ – – –	pratum		
prat⁹ – –	pratus *pro pratum*		
pred̄ – –	præditus		
p̄tinet – –	pertinet		
p̄turiolo – –	præturiolo *vel* preturiolo –	34	5
p̄publ̄ – –	publicus		
p̄pull̄ – –	pullus		
	Q.		
q̄ – – –	qui *vel* quæ		
qa̅ – – –	quia *et* quam		
qd̄ – – –	quod		
q;̄ – – –	que *et* quae		
qnd̄ – – –	quondam		
qnq;̄ – – –	quinque		
q̄uat̄ – –	quatuor		
quatn̄is – –	quaternis		
quond̄ – –	quondam		
quo2ꝝ – –	quorum		
	R.		
r̄ – – –	rum *vel* rus		
rau̅ } – –	Ravennatensis		
rauenat }			

Abbreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
rel̄ – – –	relicta – – – –	28	18
	vel		
	reliquus – – – –	44	20
relc̄ } – –	relicta		
relict̄ }			
redd̄ – –	redditus – – – –	50	9
	S.		
ꝰ – – –	Sinogaliensis		
sꝰ – – –	sus		
s̄ – – –	sunt		
scda – – –	secunda		
scds – –	secundus		
sc̄i – – –	sancti		
sc̄oꝝ – –	sanctorum		
sc̄m – – –	sanctum		
scripul̄ – –	scripulis		
sculdꝝ – –	sculptor?		
sedm̄ – –	secundum		
sic̄ – – –	sicut		
singl̄ } – –	singulus, *vel* singulis		
singul̄ }			
sinogall̄ – –	Sinogaliensis, *vel* Sinogaliæ		
sol̄ – – –	solidus – – – –	65	10
solḍꝝ – –	solidorum		
s̄or et porc –	sortes et portiones – –	48	10
	sorte et portione – –	57	14
sor̄s – – –	sortes, *vel* sortibus		
s̄s – – –	suis		
s̄t – – –	sunt		
subtꝰ – –	subtus		
sumꝰ – –	sumus		
sup̄ – – –	super		
sup̄ – – –	supra		
supb̄ – –	superioribus		
srib̄; – –	sororibus		
	T.		
t – – –	ter, *vel* tur		
tꝰ – – –	tus		

Abreviaturae.	Solutiones.	Concordantiae. Pag.	Lin.
t̄a fin⁹	terra fines		
t̄cio	tertio		
tegul̄	tegulis		
tem̄	tempus		
tep̄	tempore		
tepr̄	territorium		
ter̄	ternos	69	4
t̄nos	territorium		
t̄r	terra		
t̄ra	terras		
t̄ras	terræ		
t̄re	tribus		
trib̄	territorium		
trit̄	tantummodo	75	29
ttm			
	V.		
ū	um, *vel* us		
u⁹	us		
uacuamto	vacuamento		
uell̄	vellosus	72	6
uicedn̄o	vicedonno		
uital̄			
ul̄	vel		
um̄ dat	vir magnificus datius		
un̄c	uncia, *vel* unciæ	52	13
uoc̄	vocatur		
ur̄	vester		
uris	vestris		
	X.		
χp̄i	Christi		

Elen-

A.

Index Archiepiscoporum ecclesiae Ravennatensis in hoc Codice occurrentium.

*) Numerus ante duo puncta positus paginam, subsequentes verò lineam indicant.

Aunestus. 56: 11. — 64: 28.

*) Exulat hoc nomen ex Amadesii serie chronologica Archiepiscoporum Ravennatensium. Dubium non esse videtur, quin Honestus sit intelligendus.

Cailo. 63: 25. — 65: 27. — 75: 29. — 76: 3. — 78: 4. — 85: 27.

Constantinus. 41: 5.

Damianus. 29: 17, 25. — 30: 10. — 31: 32. — 32: 12. — 33: 29. — 34: 2. — 38: 25. 39: 30. — 54: 19. — 68: 10

Deusdedit. 25: 30. — 52: 12. — 66: 12, 24. — 72: 8. — 76: 22.

Dominicus. 47: 11. — 55: 19, 32. — 56: 28. — 57: 6, 19. — 64: 14. — 70: 31. — 83: 16. — 100: 10.

Georgius. 37: 19. — 41: 24. — 65: 4. — 69: 21,

Gratiosus. 69: 30.

Honestus. 36: 16. — 50: 31. — 51: 15. — 62: 4, 17. — 67: 9. — 76: 16. — 100: 16.

Ioannes. 26. 11. — 27: 3, 10. — 28: 10. — 32: 5. — 34: 8, 19. — 35: 10, 16, 25. — 37: 5, 28. — 38: 18. — 43: 27. — 50: 4, 20. — 53: 14. — 54: 9. — 57: 20. — 58: 24. — 60: 7, 25. — 62: 2. — 67: 29. — 68: 31. — 70: 27. — 71: 19. — 72: 1, 21, 32. — 73: 4, 15, 26. — 74: 25. — 75: 12. — 77: 16. — 78: 13, 25. — 83: 3. — 85: 7, 19.

Ioannes IX iunior. 33: 17.

Leo. 31: 23.

Martinus. 27: 17. — 28: 19, 26. — 43: 12. — 70: 10.

Petronas vel Petronatius. 29: 9. — 30: 20. — 31: 16. — 35: 29. — 36: 7. — 37: 13. — 68: 21. — 70: 15. — 83: 12.

Petrus. 25: 16. — 40: 25. — 41: 11. — 45: 2. — 51: 7, 28. — 52; 24. — 53: 2. — 58: 7. — 63: 14. — 64: 1. 65: 13 — 66: 4. — 75: 17. — 76: 5, 9, 28. — 80: 6. — 84: 5, 20. — 86: 2, 12.

Romanus. 47: 19. — 71: 10.

Sergius. 30: 28. — 32: 24, 31. — 34: 30. — 39: 17. — 40: 13. — 42: 21, 30. — 49: 4. — 68: 5, 25. — 69: 7. — 75: 5.

Valerius. 69; 13. — 77; 3.

B.

Index Ecclesiarum et Monasteriorum in Codice occurrentium.

Adrompotum. *Vid.* S. *Ioannis* Ecclesia.

Stae Agathae Martyris Monasterium (*Petitio .... de sex unciis fundi larciniani .... in terra fines, ab uno latere iuris mon. scae mariae et agathae martiris mon. episcopii humanae.* 71: 23.— ... *ab alio latere silua scae. Agathae.* 47. 26.)

S. Andreae (Ecclesia?) 47: 28.

S. Andreae et S. Laurentii Monasterium. 82: 20.

S. Angeli Monasterium. 83: 8

S. Apollinaris Plebs. 67: 24.

S. Archangeli Basilica, fundata in loco, qui dicitur Acervulis. 100: 22.

SStorum Archangeli et Mustiolae Monasterium. 78: 27.

Ausimana Ecclesia. 65. 3.

Ausimanae civitatis Plebs. 74: 27.

S. Bartholomaei Apostoli Plebs. 51: 25.

In Bordunclo: *Vid.* S. *Martini* Basilica et S. *Martini* Plebs.

Stae Columbae Monasterium. 65: 17, 22.

S. Damiani Monasterium. 71: 11.

S. Damiani Plebs. 71: 2.

S. Donati Basilica. 70: 21.

S. Erasmi Monasterium. 29: 4.

Stae Eufymiae Martyris Ecclesia. 42. 24.

S. Eufymiae Monasterium. 29: 4.— 30: 16.—

Exeadochium Monasterium: *Vid.* S. *Maria.*

Ficoclensis Ecclesia. 39: 5.

Sta Heugubina Ecclesia. 78: 13.

S. Hippolyti Monasterium. 53: 31.— 82: 4.

S. Ioannis Ecclesia in civitate Sinogaliensi. 52: 27.

S. Ioannis Ecclesia, quae vocatur Adrompotum. 29: 27.

S. Ioannis Monasterium. 60: 28.

S. Ioannis Plebs. 56: 21.— 58: 13.

S. Ioannis in Galilaea Plebs. 27: 4, 14.—

S. Ioannis in Strata Plebs. 63: 9.

S. Ioannis et Pauli Monasterium. 40: 21.

S. Iosephi Plebs. 60: 27.

S Laurentii Basilica. 28: 23.

S. Laurentii Levitae et Martyris Monasterium, fundatum in fundo Variano, qui vocatur Aucanisi. 40: 31.— 72: 2.— 75: 22.

S. Laurentii et S. Andreae Monast. *Vid.* S. *Andreas.*

S. Laurentii Plebs. 28 14.— 51: 10.

S. Leopardi Diaconia. 71: 25.— 74: 21.

S. Mariae Monasterium. 43: 8.— 44: 26.
S. Mariae Monasterium, quod vocatur Exeadochium. 42: 9.
S. Mariae Scotorum Diaconia. 60: 30.
S. Mariae Monasterium, quod vocatur in Tribio. 41: 7.
S. Mariae à Tegianico vel à Tegiano Monasterium in Ravenna positum. 29: 2.— 49: 19.
S. Mariae et Agathae Martyris Montis Episcopii Monasterium. 71: 23.
S. Martini Basilica, quae vocatur in Bordunclo. 33: 23.
S. Martini in Bordunclo Plebs. 33: 25.— 36: 18.
S. Martini Monasterium. 27: 13.— 56: 13.
SS. Mustiolae et Archangeli Monasterium: *Vid. Archangelus.*
S. Paternianis Ecclesia. 78: 20. (*Conf. etiam* 47: 27. —)
Sta Paula Ecclesia: *Vid.* S. *Stephane.*
S. Pauli et S. Ioannis Monasterium. *Vid.* S. *Ioannes.*
S. Petri Basilica. 30: 3.
Ravennatensis Ecclesia. *saepius*
S. Salvatoris Monasterium. 85: 7.
S. Secundinus (*Item in ciuitate heugubio domum quae uocatur dominicalia posita iuxta scm. secundinum*) 79: 30.
S. Siluestri Monasterium. 41: 20.
Sta Stephane, quae dicitur Sancta Paula. 48: 5.
Stae Stephanetis Plebs. 38: 21.— 39: 8.
S. Stephani Diaconia. 40: 7.— 42: 27.
S. Stephani in Munclo Plebs. 84: 15, 26.
Stae Stephaniae Plebs. 37 15.
à Tegianico, vel à Tegiano. *Vid.* Stae *Mariae* Monasterium.
S. Theodori Monasterium (.... *et uacuamenta terrae ubi antea uinea fuit posita da scola ad mon. sci Theodori* 46: 20. — *Petitio..... de terra et silua quae uocatur S. Theodori.* 47: 23.)
Sti Thomae Apostoli Monasterium. 40: 3, 20.— 75: 12.
In Tribio Monasterium. *Vid. S. Maria.*
S. Venantii Monasterium. 74: 15.
S. Vitalis Ecclesia. 51. 1.
S. Vitalis Capella. 51: 8.
S. Viti Plebs. 47: 12.
S. Ypoliti Monasterium. *Vid. S. Hippolytus.*
S. Zenonis Monasterium. 42: 16, 17.

C.

Index Fluviorum in codice occurrentium.

In Territorio Ariminensi.

Avusa, fluvius. 44: 1.— 45: 7, 8.
Avuse, rivus. 41: 9.
Nicipupullus, flumen. 33: 31.
Rubigone, fluvius. 35: 2.
Sambronius, fluvius. 35: 21.
Tertius, rivus. 28: 1.— 46: 35.
Vico, fluvius. 26: 1.
Ursis, rivus. 31: 29.
Usa, fluvius. 27: 7.— 100: 12.
Use, fluvius. 36; 13.— 100: 24.

In Territorio Sinogaliensi.

Aqua salsa, rivus. 56: 16.
Nebula, fluvius. 55: 15.— 57: 26.
Petrosus, rivus. 58: 31.
Scortiosus, rivus. 57: 26.
Tripontio, rivus. 56: 16.

In Territorio Ausimano.

Aspia, rivus. 64: 8, 32. 65: 1.— 74: 20.— 76: 30.
Atrinia, rivus. 63: 28.
Minoccla, rivus. 69: 24.
Saliciano, rivus. 69: 25.

In Territorio Heugubino.

Fontanae, rivus. 78: 17.

In Territorio Feretrano.

Biatuli, rivus. 86: 8.
de Brutano rivus. 84: 14.— 86: 22.
Sapis, fluvius. 84: 15.— 86: 17, 21.
de Valle, rivus. 85: 3.
Usa, fluvius. 86: 22.

Fluvii et Rivi,

quos Codex indicat, nomina eorum tamen silentio praeterit.

In Territorio Ariminensi.

Fluvii. 41: 30.— 54: 5.

In Territorio Sinogaliensi.

Rivi. 51: 20, 21, 22, 23, 31.— 52: 26, 29.— 53: 20.— 54: 5.— 55: 14, 23.

In Territorio Ausimano.

Rivi 63: 17, 19.— 64: 10.— 65: 19.— 67: 1, 2.—

In Territorio Sabronensi.

Fluvius. 82: 6.—
Rivus. 82: 7.

In Territorio Feretrano.

Rivus, qui descendit in (fluvium) Usa. 86: 21.

D.

Index

universalis rerum memoratu dignissimarum in codice occurrentium.

A.

Abbas Petrus Monasterii S Hipoliti. 82: 4.

Acceptor (*Petitio quam petivit acceptor et theodosia iugalis etc.*) 77: 15.

Accessus ripae fluminis. 41: 29.

Acervulis, locus, in quo Basilica S. Archangeli fundata est. 100: 23.

Acianus fundus. 31: 33.

Actor domnicus (*Libellus .... de porcione posita in fundo auiano ..... sub reddito omā ex oīb⁹ modio septimo ..... opera sex ubi ab actore domnico impetrati fuerimus persoluere promittimus lignas cara duo*) 59: 13.

Adam, nom. prop. 53: 12.

Adelberga, iugalis Hermenulfi. 51: 7.

Adelbertus filius Ioseph. 75: 25.

Adrepaldus Agellus. 60: 6.

Adrianus, nom. prop. 67: 29. — 72: 31.

Adrompotum, *vid. in Ind. Eccles.*

Adteperga, iugalis Adrepaldi Agelli. 60: 6.

Advenciola, casale. 28: 30.

Adulfus, nom. prop. 47: 2, 5.

Afraniana Massa, quae vocatur *Ausimo*. 76: 22.

Afriniana Massa, 74: 6.

Afriano (*Petitio ..... de fundo qui vocatur ecclesiastico in integro in terra fines ..... tertio latere afriano*) 66: 15.

Agatha, iugalis Ambrosii Notarii Stae Sedis Apostolicae. 82: 13.

Agatha, iugalis Flori. 56: 28.

Agatha, coniux Stephani. 86: 16.

Agatha, iugalis Tribuni. 53: 33.

Stae Agathae silva. 47: 26.

Agatho, clericus. 78: 24.

Agelione, fundus. 55: 23.

Agellarius, *Martinus*, qui vocatur *Gallato*. *Vid. Martinus etc.*

Agellio, fundus. 77: 17.

Agellis Prato: *Vid. Prato.*

Agello et Agellus fundus. 33: 31. — 44: 11. — 63: 18. — 69: 3. — 72: 10. — 74: 26. — 77: 6.

Agellus Adrepaldus. *Vid. Adrepaldus.*

Agilione, fundus. 55: 20.

Agnella, nom. prop. 32: 11.

Agnellus, clericus, germanus Honesti Pueri. 45: 24.

Agnellus, tribunus. 42 : 20.
Agnen, nom. prop. 32 : 5.
Agnus, (*sub reddito de omni labore modio decimo .... pro herbatico agnum unum.* 60 : 2. — .... *sub reddito de omni labore modio decimo .... pro erbatico agno anotino uno.* 73 : 24.
Albaritus, fundus. 73 : 6.
Albericus, filius. 63 : 12.
Albesinda, nom. prop. 45 : 23. — 84 : 19.
Albesinda, ancilla dei 55 : 27.
Albesinda, iugalis Ingelbaldi. 53 : 13.
Albianus, fundus. 49 : 17, 18.
Albini, germanus Giselprandi. 63 : 13.
At in codice non solum Augustano, sed et Veronensi, quem Scipio Maffeius latinè vertit, non Constantino patri, sed Romani filio, qui praefuit ab A. 976 ad 1028, attribuitur? — Nil obest. Ex praemisso codicis Vindobonensis titulo apparet, deesse quid initio in codice Augustano, qui pag. 10. edit. Lugd. citatae primum incipit. Initium verò editionis in codice Augustano fol. 7. inter alia sine ulla separatione continetur: ἕως οὗ φθάσωσιν αἱ ἅμαξαι ἀργότερον περιπατοῦσαι· ὑπολαμβάνω δὲ χρήσιμον εἶναι καὶ τὸ μνημονεῦσαι εἰς ὀλίγον κ. τ. λ. ut in cit. edit.

Ex quo alium longè ordinem hic perspexi. Non potui persequi ulterius editionem citatam, quae in exemplari inspecto mutila est, et in pag. 47. iam desinit. Ultimum codicis nostri caput est, titulo desiderato: ἔστι μέν τις ἐπαγωγὴ ἐν ταῖς πορείαις κκλουμένη, καὶ ἄλλη παραγωγὴ, καὶ ἐπαγωγὴ μὲν, ὅταν κατὰ τάγμα πορευομένη τάγματος οὐραγὸς κ. τ. λ. Desinit, ut supra indicatum est.

Illud adhuc observo, quod in codice Vindobon. liber tacticus a p. 168 usque ad 195. contineatur, adeoque foliorum tantum XXVII. sit. In codice autem Augustano folia numerantur 158, et quidem pressè scripta. Et tamen Sambuci ibi subscriptio est: Desunt paucula. Cum ergo mihi videre-

tur opus diversum ab edito, ex eo potissimum, quod Constantino, Romani filio, non patri hic adscribatur, consului Io. Meursii opera, ubi tom. VI. p. 1212. hic titulus est:

Liber tacticus, quomodo debent, qui terra marique pugnant, bellum gerere, quem conscripsit Constantinus imp. Romani filius. Ioan. Lamius è codice Veronensi v. cl. Scipionis Maffeii mancum mutilumque restituit, et latinam suam interpretationem nunc addidit.

Hac igitur cum editione graeco-latina contuli codicem Augustanum, factaque collatione vidi, eadem prorsus haberi usque ad belli terrestris finem, qui est *πρὸς τὴν βασιλείαν ἡμῶν. ἐν χ̄ῳ̄ κ. τ. λ.* Hoc autem finito alius titulus manu alia positus occurrit, et est: *Περὶ τοῦ γινομένου εἰς τὴν θάλασσαν σόλου. Ἀφ' ἧς δὲ εἴπομεν ταῦτα ἀπάρτι, ἵνα διαταξώμεθά σοι καὶ περὶ τῆς γινομένης εἰς τὴν θάλασσαν μάχης διὰ τῶν δρομώνων. πλὴν εἰς μὲν τὰ πολλὰ ταπτικὰ, οὐδὲν εὕρομεν περὶ αὐτῆς. ἐξ ὧν δὲ ἔγνωμεν ἡμεῖς σκορπισὰ ὧδε, καὶ ἐκεῖ, καὶ εἰς ὅσα ἐλάβομεν ὀλίγην πεῖραν, ἐξ ὧν ἀνεμάθομεν παρὰ τῶν πλοΐμων στρατηγῶν τῆς βασιλείας ἡμῶν ἄλλα μὲν γὰρ ἐποίησαν ἐκεῖνοι ὄπισθεν, ἄλλα δὲ ἔπαθον ὕστερον. Ἐκ τούτων ἡμεῖς ἀναλεξάμενοι ὀλίγα καὶ ὅσον ἀφορμὴν δοῦναι τοῖς μέλλουσι μάχεσθαι καὶ εἰς τὴν θάλασσαν διὰ τῶν δρωμώνων, ἵνα διορισώμεθα ἐν ὀλίγοις λόγοις. Πρῶτον μεν κ. τ. λ.* In margine verò notatur cap. XIX. p. 321. desinit autem: *ἐξ ἡμῶν δὲ τιμὰς καὶ δωρίας τὰς πρεπούσας, οὐ ψευδόμενος τὸ ὄνομα τοῦ στρατηγοῦ. ἀλλὰ στρατηγὸς τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ὤν, καὶ καλούμενος. τοσαῦτα περὶ θαλασσομαχίας ἐν συντόμῳ εἰρήκαμεν.* Quae collata cum cap. XIX. editae Leonis imp. tacticae inter Io. Meursii opera vol. VI. p. 826—47. evidenter aliam libri accommodationem, non inventionem demonstrant. Haec verò Constantini Por-

phyrogeniti naumachia in editione Io. Lamii deest, et in codice quoque Veronensi defuisse suspicor.

Post haec naumachica aliud sine titulo, relicto tamen spatio, sequitur, et in margine cap. XX. p. 352. notatur:

Ἀφ' οὗ πληρώσεις, στρατηγὲ, τὰς παραγγελίας καὶ διατάξεις, ἃς εἴπομεν. Ὀφείλει ἡ ἐνδοξότης ἡ σὴ ἀναγνῶναι, καὶ τὰς γνώμας ταύτας, ἃς ἄρτι νῦν μέλλομεν εἰπεῖν, ἀναλεξάμενοι ταύτας ἀπὸ πολλῶν στρατηγικῶν παλαιῶν κ. τ. λ.

Quae vel sola sufficiunt ostensuro, esse cap. XX. Leonis imp. tacticae non ad verbum, sed aliter accommodatum. Facta collatio id confirmat.

Hoc capite finito, sine ullo titulo prosequitur, quasi uno contextu, et citatur p. 415. § 221.

Ἁρμόζει ἐκλέξασθαι πεζοὺς στρατιώτας ἀπὸ ῥωμαίων καὶ ἀρμενίων ἄνδρας μεγάλους καὶ νεωτέρους, μὴ ὄντας πλέον τῶν τεσσαράκοντα χρόνων. εἶτα γύμνασον αὐτοὺς κ. τ. λ. Est verò de divisione exercitus, ordinibus pedestribus et equestribus.

Quibus finitis titulus est: *περὶ ἀπλήκτου* seu castris, hoc initio: *προσαχθήτωσαν πάντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς κεφαλῆς τοῦ στρατοῦ, εἰς ὁποῖον μέρος ἕκασος αὐτῶν ὀφείλει ἀπληκεύειν. περὶ τοὺς πρόσφυγας. περὶ τῶν καταλήξεων.* Sequuntur exempla ducum antiquorum. Tandem de epagoge et paragoge cum fine supra indicato.

Cod. CCCCLIII.

Chartaceus, in assere, corio albo circa dorsum tectus, in folio, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et nitidis, in foliis 50, Saec. XV, signatus p. 83. n. 30. optime conservatus et inscriptus:

Πλάτωνος λόγοι. Platonis dialogi.

Εὐθύφρων, ἢ περὶ ὁσίου. Euthyphron, seu de sancto.

A. Τί νεώτερον, ὦ σώκρατες.

T. ὅτι ἄμεινον βιωσοίμην.

†. Inscribitur πειρασικὸς, et est de vera et falsa pietate.

φύλ. η. Fol. 8.

Ἀπολογία σωκράτους. Apologia Socratis.

A. Ὅτι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες.

T. παντὶ πλὴν τῷ θεῷ.

†. Inscribitur ἠθικός. Cassius Severus nec patrono, nec reo dignam pronuntiavit, non quidem patrono, qui sciret, magistrum suum illa neutiquam indigere, reo, qui iniquitatem inimicorum suorum indignam responsione habebat. Quaero ego, pro quibus potissimum sint apologiae?

φύλ. ιη. Fol. 18.

Κρίτων ἢ περὶ πρακτέου. Crito, seu quid sit agendum.

A. Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ κρίτων.

T. ἐπειδὴ ταύτη ὁ θεὸς ὑφηγεῖται.

†. Inscribitur ἠθικός. In editionibus est: περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαίου, de opinione vera et iusta. Suasit Crito Socrati, ut aufugeret. Laudatur a Cicerone de divinat. I. cap. 25.

φύλ. κγ. Fol. 23.

Φαίδων, ἢ περὶ ψυχῆς. Phaedo, seu de anima.

A. Αὐτὸς, ὦ Φαίδων, παρεγένου.

T. Φρονιμωτάτου καὶ δικαιοτάτου.

†. Inscribitur ἠθικὸς de animorum immortalitate. Fatetur, deesse demonstrationem, dum ait, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βε-

βαιοτέρου ὀχήματος, ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι. Nisi detur, firmius securiusque niti divino aliquo testimonio. Ratio humana! Quoties sisteris?

Cod. CCCCLIV.

Membranaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in 4to, sine minio, atramento flavescente, literis minutis et elegantissimis, in foliis 232, Saec. X, signatus p. 9. n. 55. optime conservatus et inscriptus:

Ἰησοῦς. Iosue.

A. Ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν μωυσῆ.

T. ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ.

Φύλ. κε. Fol. 25.

Κριταὶ. Iudices.

A. Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν ἰησοῦ.

T. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει.

Φύλ. μθ. Fol. 49.

Ρούθ. Ruth.

A. Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις.

T. ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν δαυίδ.

Φύλ. να. Fol. 51.

Βασιλείων Δ. Regum lib. IV.

A. Ἄνθρωπός τις ην ἐξ ἁρμαθαΐμ.

T. πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Παραλειπομένων. Paralipomena.

A. Ἀδὰμ. σηθ. ἐνὼς. καϊνάν.

T. καὶ ἀναβήτω.

Cod. CCCCLV.

Bombycinus, in assere, corio albo tectus et aere munitus, in 4to, titulis et initialibus miniatis, literis mi-

nutis et nitidissimis, cum marginalibus, in foliis 439, Saec. XIV, signatus p. 7. n. 19. optime conservatus et inscriptus a Reisero:

Theophylacti Bulgariae archiepiscopi interpretatio in epistolas omnes D. Pauli, excepta ad Thessalonicenses altera, et ad Philemonem.

†. Codex initio est mutilus suoque carens titulo. Prima sunt: *δαμάσκου ἤρξατο καὶ ἀνῆλθεν εἰς ἱ.... ἐκεῖθεν εἰς τάρσον. ἐκεῖθεν εἰς ἀντιοχείαν.* et des. *ἤγουν ἐν τεσσαρακοστῇ ἐννάτῃ τοῦ ἰουνίου μηνός.* Sequitur tum epistolae ad Romanos argumentum: *ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ κορίνθου.* Quo finito est *εὐαγγελικὴ διδασκαλία περί τε τῶν ἔξω τῆς χάριτος τοῦ χυ̃ καὶ τῶν ἐν χάριτι. καὶ περὶ ἐλπίδος καὶ πολιτείας πνευματικῆς.* Et est tabula. Sequitur tum aliud argumentum:

Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων γραφῶν.

Expos. *οὔτε μωσῆς, οὔτε πολλοὶ τῶν μετ' αὐτόν.*

Argumentum epistolae ad Corinthios I.

Ἡ κόρινθος πολλῷ πλούτῳ καὶ σοφίᾳ κομῶσα.

Expos. *τουτέστιν, οὐκ αὐτὸς εὗρον κ.τ.λ.*

Argumentum epistolae ad Corinthios II.

Δευτέραν πρὸς κορινθίους ἐπιστολὴν πρόστίθησιν.

Expos. *ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ πέμψας ἐκεῖ.* cum schol. marginal. et in fine: *ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες, τάξιν εἶναι ἐπὶ τῶν ὑποτάσεων τῆς ἁγίας τριάδος.*

Argumentum epist. ad Galatas:

Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ.

Expos. *εὐθέως ἀναιρεῖ τὸ εἶναι ἐκείνων μαθητής.* cum schol. marginal.

Argumentum epist. ad Colossenses:

Πᾶσαι μὲν αἱ ἐπιστολαὶ παύλου.

Expos. *εὐθὺς ἡ ἀρχὴ καθαιρεῖ.*

Argumentum epist. ad Philippenses:

Οἱ φιλιππήσιοι ἀπὸ πόλεως μιᾶς.

Expos. ἐνταῦθα οὐ τίθησι τὸ αὐτοῦ ἀξίωμα.

Argumentum epistolae ad Ephesios:

Ἔφεσος πόλις ἐστὶ τῆς ἀσίας.

Expos. ἰδοὺ τὸ διὰ τῷ πατρὶ δέδωκε.

Argumentum epistolae I. ad Thessalonicenses:

Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ ἀθηνῶν.

Expos. πρὸς θεσσαλονικεῖς γράφων ὁ ἀπόστολος.

Argumentum epist. II. ad Thessalonicenses:

Δευτέραν πρὸς θεσσαλονικεῖς ποιεῖται.

Expos. καὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ οὕτως ἤρξατο.

†. Perperam igitur Reiserus in titulo ait, hanc abesse.

Argumentum epist. I. ad Timotheum:

Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ λαοδικείας.

Expos. ἐπειδὴ μέλλει νομοθετεῖν.

Argumentum epist. II. ad Timotheum:

Ταύτην ἀποστέλλει πάλιν ἀπὸ ῥώμης.

Expos. τί δήποτε καὶ δευτέραν ἐπιστολήν.

†. Apud alios hoc aliud argumentum est.

Argumentum epist. ad Titum:

Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ νικοπόλεως.

Expos. ἀδιαφόρως ταῦτα τίθησι.

Argumentum epistolae ad Hebraeos:

Ἑβραίων ἀπόστολος ἦν ὁ μακάριος παῦλος.

Expos. ἐπειδὴ ταλαιπορούμενοι ὑπὸ τῶν κακῶν.

In fine subscriptio librarii est:

τῷ συντελετῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις.
θεοῦ θέλοντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, καὶ
μὴ θέλοντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος.
Φεβρουαρίῳ ιζ. N. ιη.

Consummatori bonorum Deo gratia.
Deo volente nil valet invidia, et
non volente nil valet labor.
Februarii XVII°. Indict. XVIII^a.

Ex conspectu dato patet, alium longè ordinem hîc haberi, quàm in aliis codicibus; argumentorum etiam et expositionum initium aut finem non semper convenire. Textus minio, expositio atramento exarata est.

Φύλ. τπβ. Fol. 382.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ β̄ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰω. ἀρχιεπ. κωνσαντινοπ. τοῦ χρυσοσόμου λόγος εἰς τὴν ξηρανθεῖσαν συκήν.

Sancta et magna 2da. sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi archiep. CP. sermo in arefactam ficum.

A. *Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν, ἢ δένδρον.*
T. *σαυρωθέντα χν̄, ᾧ ἡ δόξα κ. τ. λ.*

†. Subsequuntur reliquae eiusdem homiliae in Matthaeum, quarum initia sunt:

2. *Τοῦτο καὶ ἰωάννης φησιν.* LXVIII. homil.
3. *Πολλὰ ἀπὸ τῆς παραβολῆς.* LXIX.
4. *Εἶδες καὶ ἐν τῇ προτέρα.* LXX.
5. *Αὗται αἱ παραβολαὶ τῇ προτέρᾳ.* LXXIX.
6. *Τῆς περικοπῆς ταύτης τῆς.* LXXX.
7. *Ἡ γυνὴ αὕτη ὀφειλὴ μὲν εἶναι.* LXXXI.
8. *Πρώτην τῶν ἀζύμων, τὴν πρὸ τῶν.* LXXXII.
9. *Βαβαὶ πόση ἦν ἡ πήρωσις.* LXXXIII.
10. *Ἐπειδὴ ἀδιασπάσως αὐτοῦ εἶχον.* LXXXIV.
11. *Τίς οὖν οὗτος ὁ τὸ ὠτίον κόψας.* LXXXV.
12. *Διὰ τί ταῦτα ἐποίουν.* LXXXVI.
13. *Ὁρᾷς, τί πρῶτον ἐξετάζεται.* LXXXVII.
14. *Ὥσπερ ἔκ τινος συνθήματος.* LXXXVIII.
15. *Τοῦτο ἐστὶ τὸ σημεῖον.* LXXXIX.
16. *Πανταχοῦ ἡ πλάνη ἑαυτῇ.* XC.
17. *Διὰ τούτους τοὺς στρατιώτας.* XCI.

Omnes has homilias XVII. silentio praeteriit Reiserus, licet tituli expressè legantur. Textus ubique est miniatus.

Cod. CCCCLVI.

Chartaceus, membrana tectus, in 4to oblongo, sine minio, literis minutis et nitidis, Saec. XVI, in foliis 300, oris inferioribus versus finem exesis, Saec. XVI, sat conservatus et inscriptus:

Thesaurus rhetoricorum scriptorum.

†. Consistit hic anonymi thesaurus:

1. Ex Aristotelis rhetorica.
2. Ex Theodoro de comoedia.
3. Ex Hermogene de invent. et statibus.
4. Ex Demetrio Phalereo.
5. Ex Hermogene de ideis et methodo.
6. Ex Ioanne philos. Siculo in ideas.
7. Ex Syriano.
8. Ex Alexandri scholiis de figuris.
9. Ex Menandro de divisione.
10. Ex Apsinis arte rhetorica.
11. Ex Minuciano.
12. Ex rhetorica ad Alexandrum.
13. Ex Aristidis polit.
14. Ex Halicarnasseo.
15. Ex Rodolpho agricola, lib. III.

Cod. CCCCLVII.

Membranaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in folio, sine minio, literis ligatis, antiquissimis et elegantissimis, atramento flavescente, initio mutilus, in foliis 321, Saec. IX, signatus p. 1. n. 8. optime conservatus et inscriptus:

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰω. τοῦ χρυσοστόμου ἑρμηνεία τῆς πρὸς ῥωμαίους ἐν λόγοις μ.	Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi commentarius in Pauli epist. ad Romanos in homil. XL.

†. Cum codex initio mutilus titulo careat, hunc ex fine sumpsi. Prima verba sunt: *τοῦτον καὶ κολασσαεῦσιν ἐπισέλλων διεγείρει λέγων. εἶπατε ἀρχίπτῳ.* Et in margine notatur p. 3. in edit. Anglicana: Totum prooemii loco ponitur. Homiliarum verò initia sunt:

2. Μωσῆς μὲν πέντε βιβλία.
3. Πρέπον τῇ μακαρίᾳ ψυχῇ.
4. Ὅρα τὴν παύλου σύνεσιν.
5. Πάντα μὲν οὖν ἅτιμα.
6. Ἵνα μὴ δόξῃ αὐτούς.
7. Εἰπὼν, ὅτι οὐδὲν λείπει.
8. Κατηγόρησεν ἑλλήνων.
9. Εἶπεν, ὅτι ὑπόδικος. Edit. *εἰπὼν.*
10. Πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τοῦ.
11. Καθάπερ οἱ τῶν ἰατρῶν ἄρισοι.
12. Ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔφθην.
13. Ἐπειδὴ πολλὴν ἀπήτησεν.
14. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι μεγάλα.
15. Δείξας, ὅσον τὸ ἔπαθλον.
16. Ἐνταῦθα μοι δοκεῖ.
17. Ἆρα οὐ μεγάλα τινὰ.
18. Μέλλει πάλιν αὐτῶν.
19. Πάλιν ἀναιρεῖ τὴν γνώμην. Edit. *συγγνώμην.*
20. Εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀπώσατο.
21. Πολλὰ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ.
22. Πάλιν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι.
23. Διδάξας αὐτοὺς, πῶς.
24. Πολλὴν τοῦ πράγματος τούτου.
25. Ἐπειδὴ πάντα, ἅπερ ἐχρῆν.
26. Οἶδα, ὅτι πολλοῖς ἄπορον.
27. Πρότερον ἐπιτιμήσας τῷ κρίνοντι.
28. Ἔθος ἀεὶ τῷ παύλῳ εἰς εὐχάς.
29. Πάλιν περὶ τῆς τοῦ χυ.
30. Εἶπεν, ὅτι, ἐφ' ὅσον εἰμί. Edit. *εἰπὼν.*

31. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι τόπον.
32. Πολλοὺς καὶ τῶν σφόδρα.
33. Πάλιν παραίνεσις, καὶ εὐχή.

τέλος τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς ῥωμαίους τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰω. τοῦ χρυσοστόμου ἐν λόγοις μ.

At ut ex conspectu dato habetur, non sunt homil. XL, licet in fine legatur. Quo deceptus Reiserus verum numerum non indicavit. Moralia cuiuslibet homiliae marginibus adscripta sunt, ubi etiam unum alterumve scholium apparet.

Cod. CCCCLVIII.

Membranaceus, in assere, corio fusco tectus et aere clausus, in 4to, titulis et initialibus miniatis, scriptura ligata et nitidissima, in foliis 216, Saec. XIII, signatus p. 35. n. 8. optimè conservatus et inscriptus:

Βιβλίον τῆς θείας καὶ ἱερᾶς κλίμακος. — Liber divinae sacraeque scalae.

A. Ἐτκόπησεν ὄντως ἀρίστως μάλα.
T. μὴ ἀπιστῶμεν τοῖς δράμασιν.

†. Haec est tantum pars prologi, quae in M. Raderi edit. Paris. 1633. in fine introductionis habetur.

Φύλ. α. — Fol. 1.

Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἀββᾶ ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους σινᾶ τοῦ ἐπίκλην σχολαστικοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις ἀληθῶς. — Vita compendiaria abbatis Ioannis, praepositi sancti montis Sina, cognomine Scholastici, verè sancti.

A. Τὸ μέν τις ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γεννάδα.
T. σηρίγματα, λέγων τάδε.

†. In fine minio exaratum hoc est:

Δανιὴλ μοναχοῦ βαϊθηνοῦ εἰς τὸν βίον τοῦ κυροῦ. Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην σχολαστικοῦ.

Πεπείραμαι πυροῦν ἐν βραχέσι πλεῖσα.
Ῥήτορσι γὰρ κάλλος συντομία ἔπους.
Ῥητρεύσεών σου, ὡς ἔφης, τὰς ἐκφράσεις
Χωλὰς τὸ πῶς νοοῦντες εἰπεῖν οὐκ ἔχω.
Ἡμείψαμέν ποῦ ἢ κεκόψαμεν πάλιν.
Ἀλλ' ὡς πὴρ σύγγνωθι φιλτάτοις τέκνοις.
Θαρρεῖν γάρ ἐσιν, οὐ κακίζειν τοῦτο σε.
Danielis monachi Rhaiteni in vitam
D. Ioannis, cognomento, Scholastici.
Tentavi pleraque paucis firmare.
Rhetoribus enim pulchra dictionis brevitas.
Orationum tuarum, ut dixisti, enarrationes
Mutilas, quomodo cogitantes, dicere non possum,
Mutaverimus, aut secuerimus rursum.
At, ut pater, ignosce carissimis filiis.
Confidimus enim, te id non improbaturum.

Horum versuum duo primi, tanquàm quid prosaicum, vitam a Radero editam claudunt, ut ex fine patet, Daniel monachus Rhaithuensis hanc vitam conscripsit, quae cum iisdem versibus apud Bandinium quoque extat. Vol. 1. p. 266.

φύλ. ς. Fol. 6.

Ἐπισολὴ τοῦ ἀββᾶ ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῆς ῥαϊθοῦ πρὸς ἰω. ἀξιάγαστον τὸν τοῦ σιναίου ὄρους ἡγούμενον.

Epistola Abbatis Ioannis praepositi Rhaituensis ad Ioannem admirandum montis Sina praepositum.

Α. Γινώσκοντες ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς.
Τ. ὑποδείξειεν. ἔρρωσο κ. τ. λ.

φύλ. ζ. Fol. 7.

Ἀντίγραμμα. Ἰωάννης ἰωάννῃ χαίρειν.

Responsum. Ioannes Ioanni salutem.

Α. Ἀπεδεξάμην, ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ.
Τ. ὁ θεὸς τοὺς μισθοὺς ἀποδίδωσιν.

Φύλ. θ. Fol. 9.

Ὁ *πρόλογος τοῦ λόγου, οὗ ἐπωνυμία, πλάκες πνευματικαὶ τετέλεσαι, κλίμαξ θείας ἀνόδου.*

Prologus libri cognominati, tabulae spirituales completus est, scala divini ascensus.

A. *Τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς.*

T. *τέλος δὲ ὁ τῆς ἀγάπης θεός.*

†. Huic prologo subnectitur tabula XXX graduum minio exarata.

Φύλ. ι. Fol. 10.

Τοῦ ἀββᾶ ἰωάννου τοῦ ὄντως μεγάλου μοναχοῦ τοῦ γενομένου ἡγουμένου ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τοῦ σινᾶ τοῦ ἐπικληθέντος σχολαστικοῦ λόγοι ἀσκητικοὶ τριάκοντά, ὧν ἡ ἐπώνυμία Φωτισμὸς ψυχῆς, οὓς καὶ ἀπέστειλε τῷ ἀββᾶ ἰωάννῃ τῷ ἡγουμένῳ της ῥαίθου, προτρεπὲς παρ' αὐτοῦ συντάξαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν τὸν μονήρη βίον ἐπανηρημένων. Περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ ἀποφυγῆς τοῦ ματαίου κόσμου καὶ ἀναχωρήσεως τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν. λόγ. α.

Abbatis Ioannis verè magni monachi praepositi in sancto monte Sina, cognominati Scholastici, sermones ascetici triginta, cognomine illuminatio animae, quos et misit Abbati Ioanni praeposito Rhaithuensi, ab ipso admonitus, ut componeret in salutem profitentium vitam monasticam. De abdicatione vitae, et fuga mundi vani, et secessu a mundi deliciis. Sermo I.

A. *Τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου.*

T. *εἰς ἀορίστους αἰῶνας, φῶς ἀμήν.*

†. Ultimus gradus XXX^us^ est: *περὶ τῆς συνδέσμου τῆς ἐναρέτου τριάδος ἐν ἀρεταῖς.*

Φύλ. σ. Fol. 200.

Πρὸς *τὸν ποιμένα.* Ad pastorem.

A. Ἐν μὲν τῇ κάτω βίβλῳ.
T. δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

†. Ad latus haec subscriptio est: ἐν ἔτει ϡ ὀγδοηκοσῷ τερμάτωται ἡ κλίμαξ. ἑκατοντὰς ἑβδόμη σὺν αὐτοῖς πρὸς τοῖς ἑξακισχιλίοις.

Anno octogesimo primo completa est scala. Centuria septima cum ipsis ad sexies mille, sc. ϛψπα, 6781, aera nostra 1273.

Cod. CCCCLIX.

Membranaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in 4to, indice, titulis, initialibus et marginalibus rubricatis, literis minutis et nitidis, in foliis 474, Saec. XIII, signatus p. 32. n. 48. probè conservatus et inscriptus:

Φίλωνος περὶ περιτομῆς. Philonis de circumcisione.
A. Τὰ μὲν γένη τῶν ἐν εἴδει.
T. ἐπὶ μοναρχίας ὁρισθέντας.

Φύλ. δ. Fol. 4.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ μοναρχίας. Eiusdem de monarchia.
A. Τινὲς ἥλιον καὶ σελήνην.
T. ἐξ ἱερῶν ὑπογράφει.

Φύλ. η. Fol. 8.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ μοναρχίας ἔτι. Eiusdem de monarchia adhuc.
A. Τὸ μὲν ἀνωτάτω καὶ πρὸς ἀλήθειαν.
T. καὶ τὴν μητέρα.

Φύλ. ιδ. Fol. 14.

Τίνα γέρα ἱερέων; Quae praemia sacerdotum?

A. Τοῖς ἱερεῦσιν οὐκ ἀπένειμε.
T. πρὸς θυσίαν ἐσὶν ἐπιτήδεια.

Φύλ. ις. Fol. 16.

Περὶ ζώων τῶν εἰς τὰς θυσίας καὶ τίνα τῶν θυσίων εἴδη. De animalibus ad sacrificium, et victimarum speciebus.

A. Τῶν ἐν ταῖς ἱερουργείαις.
T. καὶ περὶ τῶν θυόντων λέξομεν.

Φύλ. κγ. Fol. 25.

Περὶ θυόντων. De sacrificantibus.

A. Βούλεται τὸν ἄγοντα τὰς θυσίας.
T. ἀθάνατον βίον ζῶσιν.

Φύλ. κθ. Fol. 29.

Περὶ τῶν μετονομαζομένων, καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται. De transnominatis, et cur transnominantur?

A. Ἐγένετο ἀβραὰμ ἐτῶν ϟϑ.
T. ἐγχαράτ[ων βεβαιότατον εἶδος.

Φύλ. μζ. Fol. 47.

Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία β. Sacrarum legum allegoria II[a].

A. Δόγμα εἰσηγεῖται δίδασκον.
T. τιτρώσκειν πεφυκότων μετήν.

†. Est tertia extans vol. I. p. 87. edit.

Φύλ. ο. Fol. 70.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρόνομος καὶ περὶ τῆς εἰς ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς. λόγ. ϑ. Eiusdem de eo, quis rerum divinarum sit haeres, et de sectione in aequalia et contraria. Serm. IX.

A. Ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ.
T. γίνονται πρὸς τὰ ἄφθαρτα.

φύλ. ϟβ. Fol. 92.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμίων. λόγ. ῑ. Eiusdem de praemiis et poenis. Serm. X.

A. Τὰς μὲν οὖν τῶν διὰ τοῦ.

T. ὁρισθείσας ἀρὰς ἐπισκεπτέον.

φύλ. ρα. Fol. 101.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀρῶν. λόγ. ιᾱ. Eiusdem de execrationibus. Serm. XI.

A. Πρώτην ἀρὰν, ὡς κουφότατον.

T. πρὸς πολυανθρωπίαν ἐπιδιδόασιν.

φύλ. ρε. Fol. 105.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀνδρείας. λόγ. ιβ̄. Eiusdem de fortitudine. Serm. XII.

A. Περὶ δικαιοσύνης, καὶ τῶν.

T. ἀποχρώντως λελέχθω.

φύλ. ρϑ. Fol. 109.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ βίου μωσέως. λόγ. ιγ̄. Eiusdem de vita Mojsis. Serm. XIII.

A. Μωσέως τοῦ κατὰ μέν τινας.

T. ὡς ἁρματ]ούσας μάλισα βασιλεῖ.

φύλ. ρμ. Fol. 140.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ βίου μωσέως. λόγ. ιδ̄. Eiusdem de vita Mojsis. Serm. XIV.

A. Ἡ μὲν προτέρα σύνταξίς ἐσι.

T. καὶ ἀϊδίου γεννετή.

φύλ. ρμϛ. Fol. 146.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ βίου μωσέως. λόγ. ιε̄. Eiusdem de vita Mojsis. Serm. XV.

A. Δύο μὲν εἴδη μωσέως τοῦ βίου.

T. διὰ τῶν ἱερῶν μηνύεται.

(Die Fortsetzung folgt.)

I.

Nova Appendix

Mscrum. graecorum Augusta Vindelicorum in bibl. regiam Monac. translatorum.

Continuatio.

Continuatio. Cod. CCCCLIX.

Φύλ. ρξγ. Fol. 163.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς μωσέως κοσμοποιίας. λόγ. ις̄. Eiusdem de creatione mundi. Serm. XVI.

A. *Τῶν ἄλλων νομοθετῶν οἱ μέν.*

T. *καὶ θειότητος χαραχθεῖσαν.*

†. Est cum scholiis marginalibus recentioris manus.

Φύλ. ρπα. Fol. 181.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν δεκάλογον μωσέως. λόγ. ιζ̄. Eiusdem in decalogum Moisis. Serm. XVII.

A. *Τοὺς βίους τῶν κατὰ μωσέα.*

T. *πολέμων ἡγεμόνες εἰσίν.*

†. Mangeius tom. 2. p. 180. vertit: de decem oraculis, et notat, codicem Augustanum congruere cum editis in titulo huius libelli. An alium inspexit? Hunc etiam ad usum editionis adhibitum, numeri marginales ostendunt.

Φύλ. ρϟβ. Fol. 192.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ καταστάσεως ἀρχόντων. λόγ. ιη̄. Eiusdem de constitutione principum. Serm. XVIII.

A. *Ἔνιοι τὰς κληρώτας εἰσηγήσαντο.*

T. *χωρίῳ τὰ ἀγάλματα.*

Φύλ. ρϟη. Fol. 298.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. λόγ. ιϑ̄. Eiusdem, omnem sapientem esse liberum. Lib. XIX.

A. *Ὁ μὲν πρότερος λόγος ἦν.*

T. *τῷ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν.*

†. Scripsit librum, quod omnis insipiens servus sit, teste Hieronymo. Sequitur igitur, hunc esse, quod omnis sapiens sit liber, ut Stoicorum dogma est. Adeoque neque Gelenius bene transtulit: Omnis probus liber; neque Mangeius: Liber, qui virtuti studet.

Φύλ. σθ. Fol. 209.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ βίου θεωρητικοῦ, ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς τὸ τέταρτον.

Eiusdem de vita contemplativa, seu supplicum virtute. IV. Lib. XX.

A. Ἐσαίων περὶ διαλεχθείς.
T. *Φθάνον ἡγεμονίας.*

†. Verius est, Iudaeorum genus hîc describi, non Christianorum, licet viri docti hoc sibi persuaserint.

Φύλ. σιε. Fol. 215.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι. λόγ. κα.

Eiusdem de mercede meritricis non accipienda in sacrarium. Lib. XXI.

A. Πάνυ καλῶς ἐν ταῖς ἱεραῖς.
T. *ἀναξίως εἰπεῖν δυνηθείη.*

Φύλ. σιζ. Fol. 217.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων τότε ϛ καὶ τὸ ζ. τὸ κατὰ μοιχῶν, καὶ παντὸς ἀμολάσου, καὶ τὸ, κατὰ τῶν ἀνδροφόνων, καὶ πάσης βίας. λόγ. κβ.

Eiusdem de specialibus legibus, quae referuntur ad duo capita decalogi, sextum et septimum contra moechos, omnesque libidinosos, et contra homicidas, et omnem violentiam. Lib. XXII.

A. Ἦν ποτε χρόνος, ὅτε Φιλοσοφία.
T. *τοῖς ὁρῶσιν ἐξομοιοῦσθαι.*

†. Est egregius, iudice Mangeio, de adulterio et homicidio commentarius.

Φύλ. σλα. Fol. 231.

Τοῦ αὐτοῦ βίος πολιτικὸς, ὅπερ ἐσι περὶ τοῦ Ἰωσὴφ. λόγ. κγ.

Eiusdem vita viri civilis, sive de Iosepho. Lib. XXIII.

A. *Τρεῖς μέν εἰσιν, ἰδέαι, ὧν.*
T. *πρυτανεύειν ἱκανότατος.*

†. Est historia et allegoria vitae Iosephi, quam Hieronymus inscripsit: de conversatione vitae, et Sophronius eius interpres: *περὶ ἀγωγῆς βίου.*

Φύλ. σμη. Fol. 248.

Τοῦ αὐτοῦ ἱσορία πάνυ ὠΦέλιμος, καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον, ἤτοι περὶ προνοίας. λόγ. νδ.

Eiusdem historia valdè utilis ad vitam, continens Flacci gesta, seu de providentia. Lib. XXIV.

A. *Δεύτερος μετὰ σηϊανὸν Φλάκκος.*
T. *ἐπικουρίας τῆς ἐκ θεοῦ.*

†. In editione Parisiensi inscribitur: *εἰς Φλάκκον*, in Flaccum, Iudaeos malè tractantem, in exilium dein pulsum et interfectum.

Φύλ. σνθ. Fol. 259.

Τοῦ αὐτοῦ ἱσορία πάνυ χρήσιμος, καὶ ὠΦέλιμος περὶ τῶν κατὰ τὸν γάϊον, καὶ τῆς αἰτίας τῆς πρὸς ἅπαν τὸ ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας αὐτοῦ. λόγ. κε.

Eiusdem historia valdè utilis de gestis Caii, et de causa ipsius odii adversus omne Iudaeorum genus. Lib. XXV.

A. *Ἄχρι τίνος ἡμεῖς οἱ γέροντες.*
T. *λεκτέον δὲ καὶ τὴν παλινωδίαν.*

† In editionibus et aliis codicibus inscribitur: *περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς γάϊον*, de virtutibus et legatione ad Caium.

φύλ. σπβ. Fol. 282.

Τοῦ αὐτοῦ τὰ πρὸς δικά- Eiusdem de iudice. Lib.
σην. λόγ. κϛ. XXVI.

A. Οἴεται δεῖν ὁ νόμος ἅπαντας.
T. καὶ συμφέρον αὐτὸ μολεῖν.

†. Pauca desunt, quae Lutetiana editio subiicit p. 489.

φύλ. σϟγ. Fol. 293.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὧν ἱερουρ- Eiusdem de sacrificiis
γοῦσιν ἄβελ τε, καὶ κάϊν. Abelis et Caini. Lib.
λόγ. κζ. XXVI.

A. Καὶ προσέθηκε τεκεῖν τὸν ἀδελφόν.
T. παρέχεται ὁλοπαυτοῦν θεῷ.

φύλ. τη. Fol. 308.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν χερου- Eiusdem de Cherubim
βεὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομ- et flammeo gladio et de
φαίας καὶ τοῦ κτισθέντος ᾱ Caino, primo ex homine
ἐξ ἀνθρώπου κάϊν. λόγ. κη. procreato. Lib. XXVIII.

A. Καὶ ἐξέβαλε τὸν ἀδάμ.
T. ὡς αἰτίου τὸ σώζεσθαι.

φύλ. τιδ. Fol. 319.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ γεωργίας. Eiusdem de agricultura.
λόγ. κθ. Lib. XXIX.

A. Καὶ ἤρξατο νῶε ἄνθρωπος.
T. αὐτοῦ λέγων αὖθις.

†. In fine scholium habetur sequens: *ἰσέον, ὅτι ἡ βίβλος ἐσφαλμένη ἦν, καὶ ὁ βουλόμενος κατήγορος ἔσω μοι τῆς ἀμαθίας.* Sciendum est, librum esse mutilum, et volens inscitiam meam accuset. Cui recentiore manu subiicitur: *περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον.* Extat in edit. Lutet. p. 147. De plantatione liber secundus hîc deest.

Φύλ. τλγ. Fol. 333.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. λόγ. Ā. — Eiusdem, Deum esse immutabilem. Lib. XXX.

A. Καὶ μετ' ἐκεῖνο φησί.
T. γνωσθέντων ἀναδικάζοιεν.

Φύλ. τμη. Fol. 348.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ γιγάντων. λόγ. Λα. — Eiusdem de gigantibus. Lib. XXXI.

A. Καὶ δὴ ἐγένετο, ἠνίκα.
T. τρεψώμεθα. ἔτι δὲ ταῦτα.

Φύλ. τνδ. Fol. 354.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀποικίας. λόγ. Λβ. — Eiusdem de migratione. Lib. XXXII.

A. Καὶ εἶπε κύριος τῷ ἀβραάμ.
T. τὸ πραττόμενον ἔργον.

Φύλ. τοε. Fol. 375.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς πρὸς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. λόγ. Λγ. — De congressu eruditionis causa eiusdem. Lib. XXXIII.

A. Σάρρα δὲ ἡ γυνὴ ἀβραάμ.
T. τοῖς ἀρετῆς ἄθλοις διαθλούσης.

Φύλ. τϟ. Fol. 390.

Τοῦ αὐτοῦ, νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον. λόγ. Λδ. — Eiusdem sacrarum legum allegoria post hexaëmeron. Lib. XXXIV.

A. Καὶ συνετελέσθησαν ὁ οὐρανός.
T. καὶ νεκροῦ συνθέτου τοῦ σώματος.

Φύλ. υα. Fol. 401.

Τοῦ αὐτοῦ τὴν μετὰ τὴν ἑξαήμερον. λόγ. Λε. — Eiusdem post hexaëmeron. Lib. XXXV.

A. Καὶ εἶπε κύριος ὁ θεός.
T. πανήγυρις ἀνθρώπων ἐχώρησε.

Φύλ. υιβ. Fol. 412.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους. λόγ. λϛ. Eiusdem, quod a Deo mittantur insomnia. Lib. XXXVI.

A. Ἡ μὲν πρὸ ταύτης γράφη.
T. ζάλην ἐκφυγοῦσα.

Φύλ. υλβ. Fol. 432.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ, θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους. λόγ. λ̄ζ̄. Eiusdem, quod a Deo mittantur insomnia. Lib. XXXVII.

A. Τὸ τρίτον εἶδος τῶν θεοπέμπτων.
T. καὶ χεῖλη καὶ τοῖς.

†. Est cum Hoeschelii notis marginalibus, ut et alia.

Φύλ. σνζ. Fol. 257.

Βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος, ἢ νόμων ἀγράφων. λόγ. λ̄η̄. Vita sapientis doctrina perfecti, seu de legibus non scriptis. Lib. XXXVIII.

A. Τῶν ἱερῶν νόμων ἐν πέντε βίβλοις.
T. καὶ θεσμὸς ἄγραφος.

†. In indice miniato praemisso ad Lib. IX. de divinarum rerum haerede scholium recentioris Graeci adscriptum est: ἐν τῷ παρόντι λόγῳ εὑρήσεις αὐτὸν ὁμολογοῦντα ἀμυδρῶς καὶ συνεσκιασμένως τὴν ἁγίαν τριάδα. In praesenti libro invenies eum confitentem obscurè et adumbratim sanctam trinitatem. — In primo autem folio hunc librorum ordinem alius statuit:

Ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ πρῶτον ὀφείλουσιν ἀναγινώσκεσθαι οἱ δύο περὶ μοναρχίας λόγοι. εἶτα ὁ περὶ κοσμοποιίας, καὶ μετ' αὐτὰν ὁ λ̄δ̄ καὶ λ̄ε̄, οἵ εἰσιν εἰς

τὴν μετὰ τὴν ἑξαήμερον, ὅτι κατ' ἀκολουθίαν ἔπονται τῆς ἱστορίας, καὶ ἀλληγορίας. καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ η̄ λόγος, ὃς ἐπιγράφεται, περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα. πλὴν δοκεῖ ἀναμέσον τούτων ἔχειν καὶ ἕτερον λόγον, ὃς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ οὐκ ἔστιν, μετ' αὐτὸν δὲ τὸν η̄ λόγον ἀναγινώσκεται ὁ κη̄ λόγος, οὗ ἡ ἐπιγραφή, περὶ τῶν χερουβεὶμ, καὶ τῆς Φλογίνης ῥομφαίας. ἔχει δὲ μέσον τούτων ἔλλειψίν τινα ὡς οἶμαι. —

In praesenti libro legendi sunt primò duo libri de monarchia. Deiu liber de mundi creatione. Post hunc lib. XXXIV^us^ et XXXV^us^ post hexaëmeron, quia sequuntur in ordine ad historiam et allegoriam. Post illos liber VIII^us^, qui inscribitur: de sacris legibus allegoria 2da. Videtur tamen intermedius esse alius liber, qui in hoc codice non est. Post librum VIII^um^ legitur liber XXVIII, cuius inscriptio est: de Cherubim et flammeo gladio. Puto autem, in medio quid deesse.

Adhuc nota alterius subiecta est: εἰς τὸν λᾱ λόγον περὶ γιγάντων εὑρήσεις, ὅτι δοξάζει. καὶ ὅλος ὁ κόσμος πεπλήρωται ψυχῶν, καὶ αὐτοὶ οἱ σύμπαντες ἀστέρες εἰσὶν ἔμψυχοι, ἐπεὶ ἀεὶ καὶ ῥητοί εἰσι. In libro XXXI° de gigantibus invenies, quid sentiat. Et mundus totus animis repletus est, et ipsae stellae omnes animatae sunt, utpote ordine ipsis semper praescripto.

Demum ultima haec est: τρεῖς γὰρ δόξας ἐναντίας τῇ ἐκκλησίᾳ εὑρίσκω τοῦτον σφάλλοντα, τὴν ὕλην προύπαρξιν ψυχῶν, τοὺς ἀστέρας ζῶα καὶ τὸν ἀέρα ζῶον.

Tres opiniones ecclesiae contrarias invenio, in quibus lapsus est, materiam aeternam, praeexistentiam animarum, stellas animantes et aerem animantem. Reiserus in loco citato notam addit: Haec hactenus antiquiore manu sunt exarata, reliqua et sequentia recentiore. Fallitur autem. Alia quidem manu, coaeva tamen, ut ex charactere patet.

Cod. CCCCLX.

Chartaceus, membrana tectus, in fol., titulis, initialibus et marginalibus miniatis, literis minutis et nitidis, in foliis 75, Saec. XV, signatus p. 82. n. 12. optime conservatus et inscriptus:

Τὸ καθ' ὑσμινῆ καὶ ὑσμινίαν δράμα. ποίημα εὐσταθίου φιλοσόφου. — De Hysmine et Hysminia drama, auctore Eustathio philosopho.

A. Πόλις εὐρύκωμις, καὶ τ' ἄλλα.

T. καὶ τὸν ὑσμινίαν ἐμέ.

†. Constat lib. XI, hinc inde alia manu suppletus. Extat gr. et lat. Occurrit saepius in hac bibliotheca, ut codd. 96. 456.

Cod. CCCCLXI.

Chartaceus, in charta spissiore, circa dorsum lacerata, in folio, titulis et initialibus miniatis, charactere minuto et nitido, manu diversa, in foliis 185, Saec. XIV, XV. signatus p. 81. n. 3. optime conservatus et inscriptus:

Θεμιστίου φιλοσόφου βασανιστὴς, ἢ φιλόσοφος. — Themistii philosophi explorator seu philosophus.

A. Ἄνδρες, ὅσοι συνελέγητε ὑπ' ἐμοῦ.

T. οὐδὲ ἐν κόσμῳ ἐχρῆτο.

†. Extat inter alias eiusdem orationes. Occurrit adhuc in cod. 59.

Φύλ. ις. — Fol. 16.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα. — Eiusdem in patrem suum.

A. Θρήνους μὲν δὴ ἄδειν καὶ ὀδυρμούς.

T. καὶ ἀνδρίαν εἰς τὸν ἀγῶνα.

†. Extat ibidem, et occurrit adhuc in cod. 59.

Φύλ. κα. Fol. 21.

Ἰουλιανοῦ καίσαρος εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον πρὸς σαλουστῖνον. Iuliani Caesaris in regem solem ad Sallustinum.

A. *Προσήκειν ὑπολαμβάνω τοῦ λόγου.*
T. *καὶ πολυστεῖς περιόδους.*

†. Est in eius operibus Paris. 1630. 4. inscripta ad Sallustium praefectum. Occurrit adhuc in codd. 59. 113. 305. 339, ut et sequens.

Φύλ. λη. Fol. 38.

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος καίσαρος ἀντιοχικὸς, ἢ μισοπώγων. Iuliani Caesaris Antiochicus seu Misopogon.

A. *Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλά.*
T. *ὁ δὲ πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων.*

†. Subsequuntur duo folia vacua.

Φύλ. μη. Fol. 48.

Πρισκιανοῦ Φιλοσόφου λυδοῦ μετάφρασις τῶν θεοφράστου περὶ αἰσθήσεως. Prisciani philosophi metaphrasis Theophrasti de sensu.

A. *Περὶ αἰσθήσεως αὐτῷ ὁ σκόπος.*
T. *τοῦ πέμπτου βιβλίου ἐπεξεργαζόμενοι.*

†. Priscianus, Simplicii et Damascii aequalis, memoratur. Ipsius paraphrasis Theophrasti de sensu in editione Theophrasti Basil. 1541. f. prodiit, et saepe cum aliis. Fabricius autem ait, vol. III. p. 444. eam quoque editam cum Alexandri Aphrodis. quaestionibus naturalibus Venet. 1536. Morellius autem adfirmat, p. 149. bibl. gr. etc. nunquam cum Alexandri quaestionibus naturalibus eas reperire sibi licuisse. Occurrit adhuc in bibl. Medic. apud Bandinium. In bibl. S. Marci.

Φύλ. ξε. Fol. 65.

Πρισκιανοῦ φιλοσόφου λύδου μεταφρασις τῶν θεοφράστου περὶ φαντασίας. Prisciani philosophi Lydi metaphrasis Theophrasti de phantasia.

A. *Ἡ φαντασία, περὶ ἧς ἐξῆς.*

T. *οὐδὲ τὸ ὅταν γένηται. ζῆ.*

†. Etiam apud Bandinium idem finis habetur, non autem memoratur, quidpiam deesse. Hìc verò ad marginem adscriptum: *ζήτει.* Caeterum ubi prior, etiam haec metaphrasis prodiit.

Φύλ. οη. Fol. 78.

Νικηφόρου τοῦ γρηγορᾶ. Nicephori Gregorae.

A. *Οὐδὲν καινὸν, εἰ πολλὰ τῶν πάλαι.*

T. *τῶν δ' ἡμεῖς αἴτιοι.*

†. Est haec Nicephori Gregorae Saec. XIV. clari protheoria in Synesii insomnia, ubi etiam ipsius icon habetur hac inscriptione: *συνέσιος ὁ σοφός.* Occurrit adhuc apud Bandinium vol. I. p. 489. et in codd. Bav. 29. 87.

Φύλ. πα. Fol. 81.

Συνεσίου περὶ ἐνυπνίων. Synesii de insomniis.

A. *Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται.*

T. *κατὰ θεόν τι πιστεύηται.*

†. Est etiam cum explicatione interlineari v.g.: *τὸν ἄπονόν φησιν ἐνταῦθα. ἀγαθῶν, τῇ λογικῇ δυνάμει τῆς ψυχῆς κ. τ. λ.* ut in cod. 85.

Νικηφόρου τοῦ γρηγορᾶ. ἑρμηνεία εἰς τὸν περὶ ἐνυπνίων λόγον. Nicephori Gregorae expositio in Synesii librum de insomniis.

A. *Ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια.*

T. *εἰπόντες οὗτοι οἱ ποιηταί.*

†. Edita haec omnia sunt in Synesii operibus.

φύλ. ριζ. Fol. 117.

Πορφυρίου φιλοσόφου περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Porphyrii philos. de abstinentia ab esu animalium.

A. *Τῶν πρὸς ὑμᾶς ἡκόντων, ὦ Φίρμε.*

T. *προσάτ]οντος καὶ πελάνοις.*

†. Constat lib. IV. opusculum notis marginalibus miniatis ubique instructum. Primus graecè P. Victorius edidit. Latinè Venet. 1547. 4. cum versione Feliciani prodiit. Occurrit adhuc in codd. 39. 91. 171.

Cod. CCCCLXII.

Membranaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in 4to, titulis et initialibus miniatis, bipartitò scriptus, cum notis marginalibus miniatis, in foliis 323, Saec. XIII, praemisso indice miniato, signatus p. 6. n. 16. sat conservatus et inscriptus:

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἰῶ. ἀρχιεπ. κωνσαντ. τοῦ χρυσοσόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi, archiep. Constantinop. homilia de patientia et longanimitate.

A. *Εἰ βούλεσθε, προθῶμεν.*

†. Sunt eclogae è variis sermonibus S. patris nostri Ioan. Chrysostomi, in ipsius operibus tom. XII. edit. Montfauc. editae. Occurrunt adhuc in cod. 108. alio autem ordine. Huius codicis ordo est

2. *Περὶ ἐλεημοσύνης*, de eleemosyna.
3. *Περὶ ἀγάπης*, de dilectione.
4. *Περὶ διδαχῆς κ. τ. λ.* de doctrina etc.
5. *Περὶ ἁμαρτίας κ. τ. λ.* de peccato etc.
6. *Περὶ ἀρχῆς κ. τ. λ.* de imperio etc.
7. *Περὶ μελλούσης κρίσεως*, de futuro iudicio.
8. *Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*, de virtute et vitio.

9. Περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος, de fortitudine et robore.
10. Περὶ ὅρκων, de iuramentis.
11. Περὶ θανάτου, de morte.
12. Περὶ παίδων ἀνατροφῆς, de liberorum educatione.
13. Περὶ ἀπανίας κ. τ. λ. de mansuetudine etc.
14. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον παῦλον συντεθὲν παρὰ θεοδώρου μαγίστρου κ. τ. λ. Encomium in S Paulum collectum a Theodoro magistro etc.
15. Περὶ σιωπῆς κ. τ. λ. de silentio etc.
16. Περὶ εὐχῆς, de oratione.
17. Περὶ μετανοίας, de poenitentia.
18. Περὶ νηστείας κ. τ. λ. de ieiunio etc.
19. Περὶ ταπεινοφροσύνης, de humilitate.
20. Περὶ ψυχῆς, de anima.
21. Περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας κ. τ. λ. De non contemnenda Dei ecclesia et sacris mysteriis.
22. Περὶ προνοίας, de providentia.
23. Περὶ πλούτου καὶ πενίας, de divitiis et paupertate.
24. Περὶ γαστριμαργίας κ. τ. λ. de gula etc.
25. Περὶ ἀρρωστίας κ. τ. λ. de infirmitate etc.
26. Περὶ γυναικῶν κ. τ. λ. de mulieribus etc.
27. Περὶ πλεονεξίας, de avaritia.
28. Περὶ εὐτυχίας κ. τ. λ. de prosperitate.
29. Περὶ ἀλαζονείας κ. τ. λ. de superbia etc.
30. Περὶ φθόνου, de invidia.
31. Περὶ μίσους κ. τ. λ. de odio etc.
32. Περὶ λύπης κ. τ. λ. de tristitia etc.
33. Περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ, de ira et furore.

In oris miniatè notatum, ex qua homilia quaelibet ecloga sumpta sit.

Cod. CCCCLXIII.

Chartaceus, in charta spissiore, corio fusco tectus, in 4to, titulo secundo miniato, literis minutis et ni-

tidis, in foliis 100, Saec. XV, signatus p. 78. n. 8, optime conservatus et inscriptus:

Δημοσθένους ὁ περὶ τοῦ στεφάνου λόγος. Demosthenis de corona oratio.

A. *Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι.*

T. *καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῶς.*

φύλ. μζ. Fol. 47.

Ἀριστείδου ῥήτορος παναθηναϊκόν. Aristidis rhetoris panathenaica.

A. *Νόμος ἐστὶ τοῖς ἕλλησι παλαιός.*

T. *καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ πόλις.*

†. Sophista Adrianensis Saec. IIo. floruit.

Cod. CCCCLXIV.

Membranaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in 4to, sine minio, bipartitò scriptus, atramento flavescente, literis minutis et elegantissimis, initio et fine in charta suppletus a Constantino Lascare, in foliis 191, Saec. X, signatus p. 25. n. 13. malè conservatus et inscriptus:

Ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἁγίου γρηγορίου πάπα ῥώμης. Ex vita sancti Gregorii papae romani.

A. *Ὁ μακάριος γρηγόριος γενόμενος.*

T. *Θεοτόκου, ὅτι αὐτῷ πρέπει κ. τ. λ.*

†. Occurrit apud Bandinium vol. 1. p. 428. eodem initio, alio autem fine, et dicitur anonymi. De hac Fabricius vol. IX. p. 497. videtur dicere, nondum vidisse lucem. V. Photium cod. 252.

Finita vita sine titulo sequitur: *Γνωσόν ἔσω, ὅτι ἡ ἱερὰ θυσία ἐκείνους τοὺς νεκροὺς ὠφελεῖ, οἵτινες ἐν τῷ παρόντι βίῳ ζῶντες ἐγκρατεῖς τῶν πονηρῶν ἐγένοντο.*

Notum sit, sacram hostiam illis prodesse mortuis, qui in hac vita a malis abstinebant operibus.

Quod videtur esse fragmentum ipsius liturgiae. In margine notatur cap. LXI. et LXII.

Φύλ. δ. Fol. 4.

Γρηγορίου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ πάπα τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διάλογοι ἱστορικοὶ πρὸς πέτρον ἀρχιδιάκονον τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας.

Gregorii sanctissimi et apostolici Papae V. R. dialogi historici ad Petrum archidiaconum eiusdem ecclesiae.

Περὶ πολιτείας διαφόρων πατρῶν ἐν τῇ ἰταλίᾳ διαλαμψάντων. λόγ. δ.

De instituto variorum patrum in Italia illustrium. Lib. IV.

A. *Μιᾷ τῶν ἡμέρων σφόδρα τισὶν ἀνάγκαις.*

T. *ἡμεῖς αὐτοὶ θυσία γενώμεθα. ἀμήν.*

†. In fine haec subscriptio habetur: *τέλος τοῦ ἁγιωτάτου γρηγορίου πάπα ῥώμης, ὃν κωνσαντῖνος ὁ λάσκαρις ἐν μεσσήνῃ τῆς ἰταλίας ὠνησάμενος ἐτέλεσε, ὡς ὁρᾶτε ἔτει ᾳυϟ.*

Finis dialogi sanctissimi Gregorii Papae romani, quem Constantinus Lascaris Messanae in Italia emptum supplevit, ut videtis, anno 1490. Fuit autem Constantinus Lascaris Byzantinus, qui grammaticam Messanae et Mediolani scripsit A. 1460 ad 1470. unus restauratorum linguae graecae in Italia.

Dialogus ipse constat lib. IV. quorum cuilibet capitularium praemittitur. Lib. I. continet cap. XII. Lib. II^us^ cap. XXXVIII. Lib. III^us^ cap. XXXVIII. Lib. IV^us^ cap. LXII.

In lib. IV. cap. 31. fol. 165. acrostichiden Zachariae patriarchae recentiore manu exaratam lego, his conceptam verbis:

Ἀκροστιχὶς ζαχαρίου πατριάρχου.
Ζωῆς θησαυρὸς ὑποκεῖται ἐνταῦθα.

Ἁγίων

Ἁγίων πατρῶν ἐνάρεσοι βίοι,
χεῖρα ὀρέγοντες τοῖς κάτω κειμένοις.
Ἀγὼν δὲ τοῦτο ὑπάρχει γρηγορίου,
Ῥεῖθρα βλύσαι τῶν ἐνθέων διδαγμάτων,
ἱλαρὸς πρασιὼν τῷ λόγῳ τοῖς πᾶσιν.
Οὗτος δὲ πρῶτος τῷ ὀνόματι τούτῳ,
Ὑπάρχει τῆς ῥωμαίων πόλεως πάπας.
Πόθῳ δὲ θείῳ καὶ ἐναρέτῳ ζήλῳ
Ἀγόμενος ὁ πάνσοφος ζαχαρίας,
Τοῦ πορυφαίου πέτρου κοσμῶν τὸν θρόνον,
Ῥῶσιν ψυχῆς καὶ αὐτὸς παρέχειν θέλων,
Ἰωσὴφ ἄλλος ἄρτι ὃς ἀνεδείχθη,
Ἄρτον ζωῆς σιτοδοτίσας τῷ κόσμῳ.
Ῥωμαίων τῇ γλώττῃ τὸ πρότερον ὄντα
Χῡ τοῦ θεοῦ τοῦτον κεκοιμηκότος,
Ὅλην τὴν βίβλον ἑλληνικῇ γλώττῃ
Τφηγήσας τοῖς πᾶσιν ἑρμηνεύς.

Acrostichis Zachariae patriarchae.
Vitae thesaurus hic subiacet,
Sanctorum patrum praeclarae vitae,
Manum porrigentes hic viventibus.
Conatus verò hic est Gregorii,
Fundere divinarum fluenta doctrinarum
Hilaris accedens sermone omnibus.
Hic autem primus hoc nomine
Est Romanorum urbis Papa.
Sed divino desiderio, et virtutis zelo
Actus sapientissimus Zacharias,
Principis Petri decorans sedem
Robur animae et ipsus praebere volens,
Qui Iosephum alterum se nunc monstravit,
Panem vitae distribuens mundo,
Scriptum prius latina lingua,
Christo Deo hunc ad se vocante,

Librum totum lingua graeca
Reddidit omnibus interpres. —

Ex qua acrostichide apparet, Zachariam Pont. Rom. A. 741—752. hos dialogos post Gregorii M. mortem seu circiter CLXV annos in linguam graecam transtulisse, non latinam, qui calami error est apud Fabricium vol. IX. p. 497. ubi notat, plura ibi legi fabulis simillima, et prorsus incredibilia, legenda autem praefatio est in hos dialogos cum aliis Gregorii M. operibus gr. et lat. editos Paris. 1705. f. Extat etiam Melchior. Cani iudicium de his dialogis lib. XI. loc. theol. cap. VI.

Cod. CCCCLXV.

Membranaceus, in assere, corio fusco tectus et aere clausus, in 4to, titulis et initialibus rubricatis, literis minutissimis et nitidissimis, a Mauro sacerdote exaratus, in foliis 140, cum scholiis marginalibus Saec. XII, signatus p. 21. n. 4. sat conservatus et inscriptus:

Ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου πάσης βουλγαρίας κυρ θεοφυλάκτου ὑπόθεσις εἰς κατὰ λουκὰν ἅγιον εὐαγγέλιον.

Ex ore sanctissimi archiepiscopi totius Bulgariae dom. Theophylacti argumentum in sanctum Lucae evangelium.

Α. Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀντιοχεὺς μὲν ἦν.
Τ. ἀκούειν τοῦ εὐαγγελίου.

†. Praeeunte hoc brevi argumento sequitur S. Lucae evangelii textus, et Theophylacti commentarius, qui incipit: ἐπειδήπερ πολλοί) τίνες ἦσαν οἱ πολλοὶ οὗτοι, οἱ ἐπιχειρήσαντες.

Des. καὶ ἐνάρετος βίος, ὅτι αὐτῷ πρέπει κ. τ. λ. cum hac subscriptione:

Εὐαγγέλιον κατὰ λουκὰν ἐγράφη εἰς ἀλεξανδρείαν τὴν μεγάλην μετὰ ιε ἔτη τῆς ἀναλήψεως τοῦ κυ. ἔχει

δὲ ΙΙΙΓ τρισχίλια ὀκτακόσια τρία. ἔχει στίχους δισχιλίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα.

Evangelium Lucae scriptum est Alexandriae post XV annos ascensionis Domini. Habet dicta ter mille octingenta tria. Habet versus bis mille septingentos quinquaginta.

φύλ. ϛε. Fol. 95.

Εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον. ἐξήγησις τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου πάσης βουλγαρίας, κυρ. θεοφυλάκτου.

Evangelium S. Marci. Expositio sanctissimi archiepiscopi totius Bulgariae, d. Theophylacti.

†. Praeit argumentum: τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον εὐαγγέλιον μετὰ δέκα ἔτη τῆς χῦ ἀναλήψεως ἐγράφη ἐν ῥώμῃ. ιιτ. Ἦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ μάρκος κ. τ. λ. Des. ἄκουε γὰρ. Sequitur:

Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου ἰῦ χῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ κ. τ. λ. Ἰωάννης τελευταῖος τῶν προφήτων. ἀρχὴν εἶναι κ. τ. λ. Des. καὶ ἔργων δόξα καὶ εὐχαριστεία εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Sequitur subscriptio librarii:

σῶσον με σωτὴρ ἁμαρτωλόν σου θύτην, μαῦρον ταπεινὸν καὶ ἔσχατον σου δοῦλον, καὶ λόγον ἀκούσομαι φωνῆς καλλίστης εὐλογήμενος καλοῦντα ὧδε.

Salva me salvator peccatorem tuum sacerdotem, Maurum humilem et ultimum tuum servum, et sermonem audiam vocis optimae Benedictus vocantem hic.

Reliqua sunt abscissa, sc. scriptionis annus etc. ut ex literis abscissis apparet. Initio evangelii in ora superiore scriptum: ἐν μιτ σεπτεμβ. ιβ̄ δίμματα ἱλίου ἐκιμήθη ἡ δούλη τοῦ θεοῦ μαρία ἡ κόρι τοῦ μακαρίου πέτρου τοῦ ἀκ... σου. καὶ ἱ ἀναγινώσκοντες μακαρίσατε αὐτὴν κατὰ ἔτους ϡτπϛ. τοῦ χυ.

XII. mens. Septemb. obiit serva Dei Maria, virgo beati Petri Ac... sti. Et lectores beatam praedicate illam. A. 1386 XI.

In utroque evangelio lectiones evangeliorum et alia quaedam in marginibus notantur.

Theophylactus A. C. 1070 clarus haec commentaria ex Chrysostomo et aliis antiquis scriptoribus collegit, teste Rich. Simon lib. III. hist. crit.

Extant gr. et lat. Paris. 1631. f. Sed longe melior editio, ex hoc et aliis antiquis codicibus parari posset.

Cod. CCCCLXVI.

Membranaceus, in assere, corio fusco tectus et aere clausus, in 4to, titulis quibusdam miniatis, literis minutis et elegantissimis, atramento flavescente, manu diversa, in foliis 178, Saec. XII, signatus p. 20. n. 40. sat conservatus et inscriptus:

Τοῦ ἁγίου βασιλείου ἀρχιεπισκόπου καισαρείας καππαδοκίας πρὸς εὐνόμιον ἀντιῤῥητικός. — Sancti Basilii archiep. Caesareae Cappadociae ad Eunomium antirrheticus.

A. Εἰ μὲν ἐβούλοντο πάντες.
T. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ.

φύλ. κη. — Fol. 28.

Πρὸς εὐνόμιον λόγος δεύτερος. περὶ υἱοῦ. — Ad Eunomium sermo 2dus de filio.

A. Εἰ τοίνυν τοῖς περὶ θεοῦ.
T. ἀνταποδόσεως ἀναμένων.

φύλ. νζ. — Fol. 57.

Περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πρὸς εὐνόμιον λογ. γ. — De sancto spiritu ad Eunomium serm. IIIus.

Α. Μόλις ποτὲ πορεσθείς.

Τ. θεωρίας ἀξιωθῶμεν.

†. Extant hi tres antirrhetici sermones ad Eunomium inter eius opera.

φύλ. ξγ. Fol. 63.

Τοῦ ἁγίου βασιλείου πρὸς ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον ἰκονίου τῆς λυκαόνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν κεφαλαίοις λ̄. προσφωνητικῶς πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα.

Sancti Basilii ad Amphilochium episcopum Lycaoniae de sancto spiritu in cap. XXX. allocutive ad interrogantem.

Α. Ἐπήνεσα τὸ φιλομαθές σου.

Τ. ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀμήν.

†. Praemittitur capitularium cum titulo. Ultima προσφωνητικῶς πρὸς ἐρωτήσαντα in editione non habentur.

Apud Bandinium tom. III. p. 324. legitur: προσφωνητικῶς προσερωτήσαντος, et vertitur: Salutatio Amphilochii, a quo consultus fuerat. In nota ait, fortasse legendum est: προσφωνητικός. Reiserus in cit. loco notat in parenthesi: Malè legitur in caeteris indicibus, quasi hoc opusculum sit Iconii alicuius, cum nullus in antiquitate ecclesiastica hoc nomine sit cognitus; certum verò, Amphilochium, Basilio amicissimum, Iconiensem fuisse episcopum. In quibus hoc legitur indicibus? Ego nullum reperi, excepto Ehingeri, ubi pag. 22. legitur, Iconii episcopi de spiritu sancto. At hic evidenter est typographi error, et legendum: eiusdem ad Amphilochium Iconii episcopum de spiritu sancto. Sic enim integer titulus est, et sic alii sumpsere.

In fine huius tractatus hi versus sequuntur:

Εἰ καὶ παρῆλθες τοῦ πνεύματος τὸ πλέος
ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ σὺ τῷ γεγραμμένῳ,

ἀλλὰ θεὸν τὸ πνεῦμα νυνὶ δεικνύεις σαφῶς, καθαρῶς, ἠκριβωμένως μάκαρ.
Licet praeterieris spiritus gloriam in tertio sermone a te scripto: At nunc Deum spiritum ostendis clare, pure, accurate felix.

Φύλ. ριϛ. Fol. 116.

Τοῦ αὐτοῦ μεγάλου βασιλείου περὶ υἱοῦ ἐν κεφαλαίοις λβ. Eiusdem Basilii M. de filio in cap. XXXII.

A. Εἰ φύσει θεὸς ὁ υἱός, θεὸς δὲ φύσει.
T. καὶ τὸ σωτήριον σου δόης ἡμῖν.

†. Est liber IVus contra Eunomium, quem Reiserus non notavit. Hoc finito sequitur titulus: προοίμιον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ἐνθυμηθῶμεν πασᾶ ψυχῇ ζητοῦσα περὶ τῶν θειοτέρων. Des. ἐν πνεῦμά ἐϛιν, αὐτῷ ἡ δόξα.

Quod in Fabriciano Basilii M. elencho non occurrit.

Φύλ. ρνϛ. Fol. 156.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης λόγος εἰς κοιμηθέντας. Sancti patris nostri Gregorii episc. Nysseni oratio in defunctos.

A. Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς Φύσεως.
T. οἰκτιρμῶν αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ κ. τ. λ.

†. Inter haec: ὥσπερ τι ἄχθος ἀποσκευάσας τῆς Φύσεως, et ἕως ἂν ἐφ' ἑαυτοῖς ἡ Φύσις ἀπαρατρεπτομένη. Intermedia duo folia cancellata sunt, et ad marginem duo scholia antiquorum scholiastum duorum habentur:

1. Ἰσέον, ὅτι τὸ μεταξὺ τοῦτο κομμάτιον τὸ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις Φύλλοις ἀλλότριόν ἐϛι παντελῶς, καὶ τοῦ λόγου, καὶ τῆς ὀρθῆς τοῦ ἁγίου δόξης. τέλος γὰρ δογμα-

τίζει κολάσεως καὶ ἐσι προσθήκη τῶν τὰ ὠριγένους Φρονούντων. Διὸ καὶ ἐν ἑτέροις βιβλίοις τοῖς ὀρθῶς τε καὶ ἀνοθεύτως ἔχουσιν οὐχ εὕρηται τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐκβέβληται, ὡς αἱρετικὸν δόγμα, καὶ συκοφαντία κατὰ τοῦ ἁγίου.

Sciendum, frustulum hoc intermedium duorum foliorum prorsus alienum esse et a sermone, et a vera sancti sententia. Finem enim statuit punitionis et est additamentum Origenis asseclarum. Ideo et in aliis codicibus genuinis et non adulteratis hoc non reperitur. Hinc et a nobis hìc reiectum tanquam haereticum dogma, et calumnia contra sanctum.

2. Ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ ἀναπτύξας καὶ καλῶς ἐξετάσας, εὗρον, ὅτι τὰ παρόντα δύο φύλλα καλῶς γεγραμμένα, καὶ ἀνοθεύτως εἰσὶ, πλὴν ἐν τοῖς χωρίοις, οἷς ἐσημείωσα, καὶ ἀπέβαλον, ὡς αἱρετικῶν φληναφείας. Διὰ τοῦτο οἱ ἐντυγχάνοντες ἀπὸ τοῦ νῦν ἀναγινωσκέτω χωρίς τινος ἀμφιβολίας, μηδὲν ἐνδοιάζων, σκοπῶν τὰ πρὸ ἐμοῦ ἐξητασμένα. Ἴσως γὰρ ὁ μακαρίτης ἐκεῖνος, ὁ σημιώσας, οὐκ ἐνέτυχε θεάσασθαι τὸν παρόντα λόγων ἐγγράφως ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ, καὶ μὴ φέρων τὴν ἔκφυλον δόξαν, ἣν προσέτησάν τινες κακόδοξοι κατὰ τοῦ ἁγίου, καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης τῶν χρισιανῶν, ἀπέβαλε μέρος, καὶ τὰ καλῶς εἰρημένα παρὰ τοῦ ἁγίου, ἐν οἷς ὑπῆρχον ἀναμεταξὺ αἱ παραχρήσεις τῶν κακοδόξων, τῶν ληροδούντων εἶναι ποτε τέλος κολάσεως.

In alio codice indagans et probe examinans, inveni, haec duo folia bene scripta, nec adulterata, nisi in quibusdam locis, quae notavi et reieci, tanquam haereticorum nugas. Hinc a quovis obvio in posterum legi poterit sine ulla ambiguitate, nil haesitante, considerando, quae ante me explorata sunt. Fortassis enim beatus ille notator non incidit in codicem alium, qui hunc continuit sermonem, nec fe-

rens alienam hanc sententiam, quam malevoli quidam addidere contra sanctum, et veram Christianorum sententiam, reiecit partem bene dictorum a sancto, in quibus erant abusus malevolorum nugantium, esse finem punitionis.

Hic igitur alter Scholiastes relinquit duo folia, tanquam bene scripta, exceptis, quae notavit, reiicienda. Sunt verò:

